image
not
available

Ex libris Stephani Propst
ri obl.

Germ. g.
542a
Zeiler.

con: ws

Dupl


MARTINI ZEILERI
ITINERARIUM
GERMANIÆ
&
REGNORUM
VICINORUM
Cum privilegio Sac. Cæſ. Maieſt.
VLMÆ
Impenſis GEORGII WILDEYSE
M.DC.LIII.

MARTINI ZEILLERI
FIDUS ACHATES,

Qui Peregrinationis atque Itineris ſui ſocium & comitem, propriâ partim experientiâ doctus, partim verò aliorum obſervationibus inſtructus, non tantùm de locorum intervallis, diſtantiis & ſitu; verùm etiam, quid in pleriſque ſpectatu & memoratu dignum occurrat, & quorum imperio circa annum Salutis M. DC.LIII. ſubjecta illa fuerint, accuratè & ſolicitè monet.

Cui adjunctum eſt ejusdem

De peregrinationibus prudenter utiliterque inſtituendis Conſilium.

Cum

Prolixis & copioſis, non Itinerum tantùm, ſed etiam Locorum præcipuorum GERMANIÆ, & vicinorum REGNORUM, Indicibus.

Nunc

è Germanico Latinus factus *à quodam Apodemophilo.*

Cum ſacræ Cæſar. Majeſt. Privilegio;

Ulmæ,

Sumptibus Georgii Wildeiſens.

M. DC. LIII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Ad inclytum & generoſum Dominum,

JOHANNEM FELICEM,

Dn. à Weltz, Liberum Baronem ab Eberſtein & Spiegelfeld, &c.

PRÆFATIO.

*SOCRATEM, Generoſe Domine Baro, conquerenti apud ſeſe cuidam, quod Peregrinatio nihil ſibi profuiſſet, reſpondiſſe ferunt:** Non immeritò iſthoc tibi evenit: tecum enim

*Apoph, Eraſmi l. 3. p. 221.

peregrinabaris. *Videtur hoc Paradoxum: Sed dubium non eſt, Philoſophum hiſce verbis, non tantùm Athenienſis iſtius, quicunque fuerit, ſed etiam illorum omnium mores notare voluiſſe, qui juxta Venuſini vatis,**

Cœlum non animum mutant,
qui trans mare currunt;

vel præproperè nimis atq; intempeſtivè, hoc eſt ætate nondum maturâ & conſtante, cum Telemacho illo Homerico ✠, *peregrinantur: vel magnis impenſis itineribusque ea ſibi comparant, ſecumque ad Lares domeſticos reverſi, adportant, quæ vel Conſcientiæ labem adſpergunt, notamvè inurunt, vel moribus patriis adverſantur, vel animum turgidâ quadam & ventosâ rerum in*

* l.1, Ep.11. ad Bullatium.

✠ Odyſs. 1, l.

ſpeciem

ſpeciem magnarum perſuaſione inflant, vel peregrinitatem invectant; ſibi ipſis contemtum potius & reprehenſionem, quàm laudem & commendationem, bonis autem viris, ſimplicitatis & virtutis priſcæ amantibus, moleſtiam & faſtidium, præpoſterâ ſuâ atque ineptâ peregrinatione conciliantes.

Melius certè longè cum in ſeſe ipſos, tùm in Patriam & Rempubl. conſulunt, qui rationis magis, quàm Naturæ ductum ſequuti, tùm demum cum Ulyſſe πλυτρόπῳ, loca extera & peregrina inviſere tentant, quum certâ, firmâ & conſtanti animi dijudicatione, quid ſequendum, quid fugiendum ſit, ſtatuere poſſunt. Quo modo cùm Græcos tum Romanos olim peregrinatos eſſe accepimus, non tàm, ut variarum linguarum cognitionem ſibi

)(5 acqui-

acquirerent, quàm ut aliorum populorum mores, inprimis autem Imperiorum atque Legum formas diverſas, diligenti animadverſione obſervarent, & quæ ex uſu Rei ſuæ publicæ futura eſſe putarant, ad eam transferrent & applicarent. Id quod unicè ſibi quondam propoſitum habuiſſe Herculem, Anacharſidem, Dionem, Platonem, Ariſtotelem, Lycurgum, Pauſaniam, Hippocratem, alios: & hodieque diligentem ejus rei rationem habere ſummos atque præſtantiſſimos viros plurimos, præter quotidianam experientiam, literarum quoque monumenta planum faciunt.

Quemadmodum verò hoc, quod modò dictum eſt, præcipuum meritò cenſetur, quod peregrinantibus obſervandum: Sic tamen neque illud negligi debet, ut nimirum, ſi quidem

dem cum fructu atque utilitate peregrinari cupiant, earum Regionum & locorum, quæ ipſis ſunt adeunda, guſtum quaſi quendam & præcognitionem habeant, non ignorantes, verſus quam Cæli plagam ſit proficiſcendum; quæ ſilvæ, qui montes, quæ flumina ſuperanda occurrant; quæ Urbes, quæ Arces, quæ Oppida atque in iisdem ſpectatu inprimis digna ſeſe offerant: maximè verò quibus quantisque ſpatiis & intervallis à ſeſe invicem diſtant: quorum inſcitiâ lapſi, ex compendiis plerunque diſpendia cùm temporis tùm ſumtuum non tantùm faciunt, ſed in pericula quoque & diſcrimina & vitæ & fortunarum non rarò incidunt, è quibus emergere atque eluctari non ita facile & promtum eſt.

* *Refert de Alexandro M. in vita ejus Plutarchus, quod cum iter longinquum ad Ammonem ſuscepiſſet, duo ſeſe maxima eidem pericula objecerint, unum ab aquæ penuria alterum ab Auſtro vento, ingentes arenæ aggeres excitante, & planitie maris inſtar agitatâ: quo modo duo quondam de Cambyſis exercitu millia perierint. Sed Alexandrum & quos ſecum duxit, utrunque evaſiſſe. Illud namque largos admodum imbres prohibuiſſe, qui cum ſitis metu eos liberaverint, tùm ſiccitatem arenæ nimiam ſuſtulerint: Hoc verò Corvos avertiſſe. Cùm enim viæ ductores metas confudiſſent, atque error inde & ſequentium divulſio orta fuiſſet, ſubitò viſos corvos, qui ſeſe itineris vel duces vel ſocios præbuerint, volatu*

* tom. 1. in fol. p. 680.

modò

modò præcedentes, modò tardiores expectantes: quin etiam eos, qui aberrâſſent per noctem, crocitatione ſua in ſemitam revocantes. Et hæc quidem Alexandro M. acciderunt, cujus tamen conatibus & Fortuna ſingularis favit, & audacia invictam pertinaciam non hoſtes modò, ſed loca etiam & tempora vi ſuperantis, provexit; ut idem Plutarchus de ipſo ſcripſit.

Sed quoties quisque eſt, qui, dum iter faciens in viarum errores cum Alexandro eſt delapſus, eandem ſibi felicitatem polliceri queat! Quin tutius multò eſt, conſultiusque, in promtu haberi Itineraria: *quibus quaſi indicibus & loca ipſa & locorum diſtantias atque intervalla & quæ obſervatione & notatione digna ſeſe exhibent, facilè & nullo fermè labore aliquis cognoſcat.*

Qua in re commendari ſatis atque laudari nequit, cùm Candor, tùm etiam induſtria diligentiaque Dn. MARTINI ZEILLERI, viri celeberrimi præſtantiſſimique, deque omni hominum genere, maximè vero litterario, optimè meriti quem honoris cauſa nomino: qui, ut peregrinantibus conſuleret, anno ſuperiori. Hodæporicum quoddam GERMANIÆ & VICINORUM REGNORUM accuratum, cujus inſcriptio eſt, FIDUS ACHATES, in lingua noſtra vernacula, cum annexo de peregrinatione rectè atque utiliter ſuſcipienda & perficienda, impenſis meis, publici juris facit, eôque ad ſtudium Apodemicum, plurimum commodi atque emolumenti contulit. Cujus Exemplaria, cum omnia penè brevi temporis ſpatio, diſtracta fuiſſent, viſum eſt, id ipſum

ipſum non tantùm ſub incudem revocare, ſed propter illos, qui Linguæ Germanicæ imperiti ſunt, Latino quoque habitu conveſtire, non comto quidem & Ornato, ſed ſimplici & quotidiano, non ubique adhibitis Chorographicis & Topographicis vocibus, ſed communibus & vulgaribus appellationibus retentis: id quod à bonis æquisque rei æſtimatoribus haud improbatum iri, confido.

Eum verò libellum, Inclyte & Generoſe Domine Baro, Generoſitati Tuæ inſcribere & conſecrare volui, cùm ob cauſas multas alias, tùm etiam propter hanc, quoniam haud me præterit, te Majorum atque Parentis tui exemplum imitatum ſingulari peregrinationis ſtudio & amore ſemper flagraſſe, neque tantum Regna extera, Angliam puta, Galliam, Italiam, ſed etiam Germaniam ſuperio-

Qua in re commendari ſatis atque laudari nequit, cùm Candor, tùm etiam induſtria diligentiaque Dn. MARTINI ZEILLERI, viri celeberrimi præſtantiſſimique, deque omni hominum genere, maximè vero litterario, optimè meriti quem honoris cauſa nomino: qui, ut peregrinantibus conſuleret, anno ſuperiori. Hodæporicum quoddam GERMANIÆ & VICINORUM REGNORUM accuratum, cujus inſcriptio eſt, FIDUS ACHATES, in lingua noſtra vernacula, cum annexo de peregrinatione rectè atque utiliter ſuſcipienda & perficienda, impenſis meis, publici juris facit, eôque ad ſtudium Apodemicum, plurimum commodi atque emolumenti contulit. Cujus Exemplaria, cum omnia penè brevi temporis ſpatio, diſtracta fuiſſent, viſum eſt, id

ipſum

ipſum non tantùm ſub incudem revocare, ſed propter illos, qui Linguæ Germanicæ imperiti ſunt, Latino quoque habitu conveſtire, non comto quidem & Ornato, ſed ſimplici & quotidiano, non ubique adhibitis Chorographicis & Topographicis vocibus, ſed communibus & vulgaribus appellationibus retentis: id quod à bonis æquisque rei æſtimatoribus haud improbatum iri, confido.

Eum verò libellum, Inclyte & Generoſe Domine Baro, Generoſitati Tuæ inſcribere & conſecrare volui, cùm ob cauſas multas alias, tùm etiam propter hanc, quoniam haud me præterit, te Majorum atque Parentis tui exemplum imitatum ſingulari peregrinationis ſtudio & amore ſemper flagraſſe, neque tantum Regna extera, Angliam puta, Galliam, Italiam, ſed etiam Germaniam ſu-

perio-

periorem atque inferiorem, doctrinæ prudentiæque comparandæ gratia, peragraſſe atque perluſtraſſe: poſtmodum autem, domum reverſum, tempus omne, in ſtudiis Hiſtoricis, Philologicis, inprimis verò Genealogicis conſumere; ſine quibus gloriam & ſplendorem à progenitoribus per manus quaſi traditum, minimè te tueri poſſe exiſtimas: tùm etiam hominum morum & locorum ipſorum cognoſcendorum cauſa: ex quo plurimas easque inſignes ad Prudentiam, humanitatem atque conſuetudinis ſuavitatem conciliandam, ad vitam denique benè atque feliciter inſtituendam, commoditates provenire animadvertis. Ad quæ cuncta, veluti cumulus quidam accedit, inſignis illa gratia tua atq; amor, quô ſcripti hujus Auctorem, doctrinâ atque canicie venerandum,

dum, complecti, ſummique ejus ingenii præclara monumenta cæteras, quibus ille famam nobiliſſimi Scriptoris dudum meruit, admirari ſoles. Quibus tamen poſtremo etiam loco adjicio, inſignem Generoſitatis tuæ erga me favorem, quem tempore benè longo expertus ſum & adhuc dum ſentio, eoque me ad exhibendam Generoſitati tuæ obſervantiam, & officia quæque humiliter & promtè præſtanda, omnibus modis obſtrictum eſſe agnoſco.

Accipe igitur, Inclyte & Generoſe Domine BARO*, à me, ſereno vultu, exiguam hanc mei erga Generoſitatem tuam devoti animi teſſeram,* ACHATEM *meum ſi minus Vocalem, ſed nihilo tamen minus fidum & certum, neque rerum aut locorum imperitum: Indicem perpetuum non modò viarum, regionum*

& locorum GERMANIÆ, ſed operum quoque inſigniorum adeoque illorum omnium, quæ in eadem ſpectatu atque obſervatu digna cenſentur: cujus admonitu peregrinantibus quibuslibet, omnia illa perſcrutari atque cognoſcere, facile & promtum erit, eumque patrocinio tuo à Zoili dentibus tutum & indemnem præſta. Venerabile Numen Incl. Generoſitatem Tuam florentem & beatam quam diutiſſimè conſervet. Sic voveo

Incl. Generoſ. T.

Humilimus

G. W. B. V.

Joſephi Scaligeri

De Peregrinatione judicium.

NOn natalis humus, ſed quæ
tegit aureus æther
In ſortem patriâ ceſſerunt o-
mnia nobis.
Si modo nobiſcum comites ad-
ducimus æquos
Ingenuos mores, & fraudi ne-
ſcia corda.
Nam vitioſus homo, qui ſeſe
ſemper eundem
Circumfert, nulla terræ muta-
bilis ora,
Digna pererrato hæc lucratur
præmia mundo,
Ut non ulla illum comitetur
ſancta voluptas,

Sed

Sed labor & male-fida vagæ jactatio mentis,
Inſerta & levitas ſemper præſentibus: ut fit,
Pendula, quum juvenes oſcillo corpore motant,
Defeſſi ludo ſi brachia fortè remittant,
Idem ſemper habet corpus jactabile motus.
Quo peregrinandi ſtudium, ſi turbine eodem
Duceris atque eodem vitiorum mobilis aura?
Ergò age quem tangit viſendi ignota cupido,
Quid vagus incertus traducis ædibus ævum?
En PRUDENS RERUM CULTI MERCURIUS ORIS
Egreſſus Patriis, peregrinos finibus usque

Extima

Extima terrarum ducturas in-
ſtruit artes,
Queîs fretus poſſis multorum
diſcere mores,
Te notum externi te civem,
urbs ſentiat omnis,
Atque domo profugus nun-
quam ſis exul in orbe.

Aliud ejusdem.

MOrum malorum peſtilen-
tus ſpiritus
Sive afflat, affert, ſive ſtringit;
inficit;
Ne fortè te ullus allinat conta-
giis
Pruritus aliquis, tale contuber-
nium
Odiſſe propera.

Mens

Mens firma manet.



SIc Mens firma mânet dum pes cir-
cum-rotat Orbem,
Eſt PIETAS centrum quæ benè
fixa, movet.
Quisquis in hac, Juvenis, dubiâ ver-
ſatur arenâ,
In terris cœlum ſic imitetur
ovans.

G. P. H.

V. C.

MARTINI ZEILLERI

Ad Nobilem quendam Conſilium Liberum, de Peregrinationibus prudenter vtiliterque inſtituendis, ſuſcipiendis atque perficiendis.

REDDITÆ mihi ſunt, Vir prænobilis atque ſtrenue, literæ tuæ 20. Septembris anni huius labentis, quibus à me petis, ut, quandoquidem conſtituiſti, filios tuos chariſſimos extra patriam, ad perluſtrandas exteras regiones,

amandare, de rectè feliciterque cum ſuſcipienda tùm perficienda peregrinatione conſilium ijſdem dare & quamprimum fieri poſſit, ad te mittere velim.

Quanquam verò hinc inde in varijs atque diverſis ſcriptis meis, quæ lucem hactenus viderunt, præcipuè verò in Hiſtoriarum Tragicarum Obſervationibus, peregrinationis atque itinerum crebram mentionem feci: quia tamen illa in unum locum non coacta, ſed ſparſim tradita ſunt, non poſſum petitioni tuæ Nobil. adverſari: quin potius mitto ad eam ſuccinctam & brevem quandam, cùm ex aliorum monumentis hauſtam, tũ propriâ experientiâ obſervatam de peregrinatione inſtituenda informationem, è quâ, quicquid in rem uſumque filiorum eſſe videbitur, Nobilitas tua ipſa excerpere poterit. Equidem de peregrinationis neceſſitate atque utilitate nihil hic proferã, quoniam id, (ut paulò ante memini.)

ni,) alijs in locis abundè à me factum eſt, idemque multi Scriptores celeberrimi ſuis in libris præſtiterunt & obiectionibus adverſariorum ſufficienter reſponderunt, adeò uſque, ut admiratione cariturum non eſſet, ſi quis lectis & conſideratis probè illorum rationibus & cauſis, peregrinationes in remotas longeque diſſitas regiones, prudentiâ & conſilio, ſuſcipiendas, diſſuadere, vel etiam ſanctiſſimorum, illuminatiſſimorum & excellentiſſimorum hominum exemplis, qui ipſi frequentibus & longis peregrinationibus uſi ſunt, pondus detrahere vellet. Proinde quâ ratione illæ inſtituendæ ſint, breviter tantùm monebo, atque conſilium hoc meum in quatuor membra partiar, oſtenſurus. 1. quâ ratione, qui peregrinaturus eſt, ad iter ſeſe inſtruere. 2. quid in ipſo itinere facere. 3. quid in perluſtrandis regionibus &

dem deinceps, abſoluta peregrinatione ſeſe gerere, debeat.

Quod itaque primum membrum attinet, quoniam peregrinaturi inq́ue regiones longinquas amandandi, non unius eiuſdemq́ue ſunt conditionis, fortunæ atque ætatis, ideoque, eædem ipſis regulæ & præcepta obſervanda præſcribi non poſſunt. At enim, ſive ſui ſint arbitrij, ſive aliorum imperio ſubiecti, & hi quidem ipſi eorundem moderatores, ex ſequentibus generalibus, quemadmodum ſuprà dictum eſt, ſeligere poſſunt, quę ipſis pro perſonarum diverſarum qualitatibus, commodiſſima, utiliſſima convenientiſſimaque videbuntur: reliqua a. qua ſcilicet ratione Principes aliique excelſo atque illuſtri loco nati (in quorum gratiam D. Hennerus præcipuè multa literis conſignavit) Religioſi item, Legati, S.S. literarum, Iuriſprudentię, Medicinæ, artium & ſcientiarú Studioſi, militiæ, mercaturis & negotiationibus

bus exercendis deditι: adoleſcentes item atque eorundem moderatores & præfecti, alijq́ue, itinera ſua vel equis, vel vehiculis, vel fluminibus & mari,(vel aperto; vel glacie concreto) vel pedibus, inſtituere debeant, ex D. Davide Frôlichio & aliis, qui de arte Apodemica ſeu peregrinandi præcepta ſcripſerunt, cognoſcēt. Requiritur a. in genere, ut qui peregrinabuntur, corpore ſint vegeto, ſano & robuſto, neq; vel ætate cõfecti, vel infra iuvẽtutis annos conſtituti, ut nõ tantùm mutationes aeris & tempeſtatum incommoda, perferre atque ſuſtinere, ſed etiam, quem in finem peregrinationes ſuſcipiantur, intelligere, de viſis auditis cognitiſq́ue iudicare, vitia flagitiaq́ue ad quæ juvenculi, magiſtris præſertim morum inſpectoribusq́;, quos revereantur, deſtituti, abripiuntur, fugere & damna detrimentaq́ue, quæ inopinatò nonnunquam irruunt, avertere & amoliri queant. Et quoniã omnes

omnes peregrinationes ad certum ſcopum ſunt dirigendæ, ſanguine coniunctorum, cognatorum, amicorum, prudentium & doctorum virorum, præcipuè verò eorum, qui illis in locis, ad quæ accedere animus eſt, verſati ſunt, conſilia expetenda priùs; quin imò etiam tabellarij, veredarij, vectores, nautæ atque id genus alij, quando, & cum quibus itinera capienda ſint, interrogandi: etiam itineraria atque alia ejuſmodi ſcripta evoluenda, res geſtæ illarum gentium & populorum, ad quos profectiones ſuſcipientur, diligenter antea cognoſcendæ; etiam tabulæ Chorographicæ accuratè inſpiciendæ, nec minus vicina loca pedibus uſurpanda atque hac ratione non tantùm peregrino cibo potuique, ſed itineribus etiam aſſueſcendum, ut ſi vel inopiæ & egeſtatis, vel equorum, curruum, nauiũ, &c. penuriâ, pedibus alicui carpenda via, non deficiat aut pedes lædat. Neque parum adiumenti ad

ti ad peregrinandum confert, ſi quis domi prius natandi, & coquendi, & vulgares quoſdam & communes parandi cibos, utpote iuris conficiendi, ova, piſces, carnes & id genus alia elixandi artem didicerit, ut *diverſorium* nactus tenue aut homines coquinariæ ignaros, ex cibis imperitè inſciteque paratis, non morbum contrahat, ſed ipſe potiùs ſibi hac in re conſulere poſſit. Prodeſt etiam noviſſe ſtatum Reipublicę, & patriæ ſuæ fortunam atque præſtantiſſimorũ in eadem virorum conditionem, ut inter exteros degens, de iiſdem interrogantibus, decenti modeſtia reſpondere poſſis. Quem in finem, atq; ut hac ratione ad viros excellentes liberior pateat aditus, conſultum erit habere parvam quandam Philothecam, in qua non tantùm promiſcuorum hominum, ſed etiam atque præcipuè ſummorum celeberrimorumque patriæ virorum, nomina deſcripta contineantur, quorum exiſti-

mationis fama ad alios etiam pervagata evaſerit, & quam omnibus in locis etiam ap. diverſæ Religionis homines exhibere & monſtrare auſit. Quam ob cauſam diligens quoq; opera dãda eſt ne vel obſcœna, vel ingrata atq; iniucunda, è quibus facilis offenſa exoriatur, in ea vel pingantur vel ſcribantur. Ex inſtrumentis domeſticis tantũ ſecum ſumet, quantum neceſſariũ eſt: quandoquidem multitudo eorum, iter facientẽ impedit, & prædonibus inſidiandi occaſionem prębet. Neque ẽt libris ſeſe onerabit, exceptis libello precationũ & pſalmodiarũ, pugillarib. Itinerariolo & diariolo (in quod geſta diurna coniiciat) Calendario & Hiſtorico, aut alio quodam Auctore, qui præter voluptatem ẽt inſtituto ſuo ſerviat. Contrà v. ſcapis nonnullis chartæ puræ, cũ calamis aliquot ſcriptoriis, atramentariolo & arenariolo, igniariolo item, acub. filis, peſſulis & ſeris, foribus vel cubiculi vel cœnaculi communiendis, ut inſtructus ſit, curabit.

Veſtes quod attinet, non illæ ſint ad luxum compoſitæ, ne in periculum & diſcrimen ipſum adducant: non tamē quoque exoletæ & neglectæ, quæ à frequentatione ædium & colloquiis atq; converſatione virorū celebriorum, prohibeant. Atq; conſultum eſt, eiuſmodi ſibi parare cultū corporis, qui apud illos, quos accedere conſtituit peregrinator, uſu receptus ſit: in quo etiam, utrum itineri aptus ſit atque idoneus, periculum faciet. Vtilis quoque & commoda eſt viatori, lacerna ſeu penula, mandya item & pileus lato limbo. Adverſus frigoris aſperitatē & ſævitiam, caput adeoque corpus univerſum, inprimis a. pedes probè muniet: cui rei faciunt, nova illa capitis tegumenta cucullata & humeralia, & tibialia clavata. Neque negliget cōmittere arculę viatorię vel vidulo, vel hippoperę tres quatuorvè interulas recentes, cū totidē collaribus: epomidem: muccinia & ſudaria

 ali-

aliquot: cruralia, vdones ſive impilia: ſoccos linteos: cudones, Chirothecas, crepidas & id genus alia. Antequam iter ingrediatur, calceos pedibus aptabit, eoſque vel linteo tenui, vel lanâ, ne pedes lædantur, ſuppinget. Pluviis cadentibus & viâ luto cœnové profundâ, non parum proſunt, ſoleæ Belgicæ. Quod ſi calcei non fuerint è Cordubenſi ſed vulgari tantùm corio conſuti, crebro eos adipe inungi & à cæno atque arena purgari oportet. Si pedes anguſtis calceis ocreiſvé vrantur, ſucco ceparum perlini iuuat. Et dicitur Artemiſia planta, pedibus ſubſtrata, mirã quandam ad prohibendam laſſitudinem, vim habere. Nec abs re fuerit, ſic ſuadente vſu, ſi bracca vel genitalium ſuccentorium, cum aliquot cucurbitulis & ſcalpris ſeu lanceolis, ad incidendas venas & ſcarificationem vtilibus, adiungat.

Qui verò vel curru vel navi vehetur, nihil peccabit, ſi lectulum cubitorium,

torium, vel ſtragulum aut lacernam pellibus ſuffultam ſibi curet: qui a. equis vtuntur, ipſi ſibi de ocreis & calcaribus (quibus tamen non ubiq; locus eſt: quemadmodum Laureti in Italia, inque Moravicis & Gallicis Buleuteriis & Curiis, in quibus & calcaria & gladios deponi neceſſum eſt) non verò minus de equo ætate & viribus integro atque tractabili, proſpiciet. Tum etiam gladio & ſclopo (ſiquidem non ubique locorum vel manuarios ſclopos, vel pugiones & ſicas geſtare licet; imò & exarmari nonnunquam ſclopos neceſſum eſt) ſcipione item ſive perticâ præſertim pedibus iter facientibus vel ad abigendos canes, vel ad foſſas tranſiliendum, vel montes conſcendendũ, opus eſt. Canem verò, itineris ſociũ & comitem adiungere, non ſuaſerim. Inter res alias non inſuper habebit peregrinaturus, tubum opticum; perſpicilia adverſus pulverem; ſpeculũ, cretam; cereos, ſignum gentilitium

(cuius tamen magna cura habenda erit:) cultrum cum fuſcinula: pectinem eburneum, cochlear, auriſcalpium, horologium, ſciotericum, clepſammidiũ thecæ orichalceæ incluſum: quadrantem atque id genus alia, pro ratione itineris atque uſus & neceſſitatis earum rerum: Itemque aromatum nonnihil, conditanea pulveres item, aquas deſtillatas: oleũ: adipem cervinum, ceram, trochiſcos ſaccharũ roſaceum, ſyrupos, pilulas atq; medicamenta alia, adverſus ſanguinisè naribus ſtillicidium, alvi profluvium, dyſenteriam, obſtructiones meatuum corporis, dyſuriam, orificii ventriculi inflammationem, intertriginem, perniones & rimas pedum, ventriculum, aquas marinas nauſeantem & cibos reiicientem, peſtem, venena, aeris intemperiem atque infectionem, cephalæam, ſerpentum, ſcorpionum & canum rabidorum morſus, pediculos, labiorum hiatus, atq; vitia corporis eiuſmodi alia: quæ

omnia

omnia thecæ cuidam itinerariæ includi poſſunt. Qui curru aut navigio vehuntur, ciborũ aliquid ſeu eſculentorum & potulentorum ſument, utpote carnes aſſas, fumove duratas, petaſones, panem, caſeum, butyrum ſalitum, allium, cum lagena ſeu oenophoro, itemq; pauxillũ ſpiritus vini. Neq; n. ubiq; locorũ penum ſtructã invenias & hac ratione longius proceſſurus es, ſi nuſpiam divertens, obſonia tecum feras. Quidam cũ nauta paciſcuntur, ut toto itinere, de cibo potuq; ipſis proſpiciat: quæ ratio etiã obſervatur cum Galliæ & regionum aliarum veredariis, ut peregrinantib. ſcilicet, facta certæ pecuniæ conventione cuncta & ſibi & equo neceſſaria ſubminiſtrent. Quidam lautioris fortunæ ſuos habent cùm morum tùm ſtudiorum magiſtros, adiunctis uno alterove famulis, quorum præcipua cura eſſe debet, omnia diligenter conſtituere, cuſtodire & notare: de quorum ſelectione, affectionibus officijs & miniſterijs in ſupra dictis

A Tra-

dem deinceps, abſoluta peregrinatione ſeſe gerere, debeat.

Quod itaque primum membrum attinet, quoniam peregrinaturi inque regiones longinquas amandandi, non unius eiuſdemque ſunt conditionis, fortunæ atque ætatis, ideoque, eædem ipſis regulæ & præcepta obſervanda præſcribi non poſſunt. At enim, ſive ſui ſint arbitrij, ſive aliorum imperio ſubiecti, & hi quidem ipſi eorundem moderatores, ex ſequentibus generalibus, quemadmodum ſuprà dictum eſt, ſeligere poſſunt, quę ipſis pro perſonarum diverſarum qualitatibus, commodiſſima, utiliſſima convenientiſſimaque videbuntur: reliqua a. qua ſcilicet ratione Principes aliique excelſo atque illuſtri loco nati (in quorum gratiam D. Hennerus præcipuè multa literis conſignavit) Religioſi item, Legati, S.S. literarum, Iuriſprudentię, Medicinæ, artium & ſcientiarū Studioſi, militiæ, mercaturis & negotiationibus

bus exercendis dediti: adoleſcentes item atque eorundem moderatores & præfecti, alijque, itinera ſua vel equis, vel vehiculis, vel fluminibus & mari, (vel aperto; vel glacie concreto) vel pedibus, inſtituere debeant, ex D. Davide Frôlichio & aliis, qui de arte Apodemica ſeu peregrinandi præcepta ſcripſerunt, cognoſcēt. Requiritur a. in genere, ut qui peregrinabuntur, corpore ſint vegeto, ſano & robuſto, neq; vel ætate cõfecti, vel infra iuvētutis annos conſtituti, ut nõ tantùm mutationes aeris & tempeſtatum incommoda, perferre atque ſuſtinere, ſed etiam, quem in finem peregrinationes ſuſcipiantur, intelligere, de viſis auditis cognitiſque iudicare, vitia flagitiaque ad quæ juvenculi, magiſtris præſertim morum inſpectoribusq́;, quos revereantur, deſtituti, abripiuntur, fugere & damna detrimentaque, quæ inopinatò nonnunquam irruunt, avertere & amoliri queant. Et quoniã

 omnes

omnes peregrinationes ad certum ſcopum ſunt dirigendæ, ſanguine coniunctorum, cognatorum, amicorum, prudentium & doctorum virorum, præcipuè verò eorum, qui illis in locis, ad quæ accedere animus eſt, verſati ſunt, conſilia expetenda priùs; quin imò etiam tabellarij, veredarij, vectores, nautæ atque id genus alij, quando, & cum quibus itinera capienda ſint, interrogandi: etiam itineraria atque alia ejuſmodi ſcripta evoluenda, res geſtæ illarum gentium & populorum, ad quos profectiones ſuſcipientur, diligenter antea cognoſcendæ; etiam tabulæ Chorographicæ accuratè inſpiciendæ, nec minus vicina loca pedibus uſurpanda atque hac ratione non tantùm peregrino cibo potuique, ſed itineribus etiam aſſueſcendum, ut ſi vel inopiæ & egeſtatis, vel equorum, curruum, nauiũ, &c. penuriâ, pedibus alicui carpenda via, non deficiat aut pedes lædat. Neque parum adiumenti ad

ti ad peregrinandum confert, ſi quis domi prius natandi, & coquendi, & vulgares quoſdam & communes parandi cibos, utpote iuris conficiendi, ova, piſces, carnes & id genus alia elixandi artem didicerit, ut diverſorium nactus tenue aut homines coquinariæ ignaros, ex cibis imperitè inſciteq́ue paratis, non morbum contrahat, ſed ipſe potiùs ſibi hac in re conſulere poſſit. Prodeſt etiam noviſſe ſtatum Reipublicę, & patriæ ſuæ fortunam atque præſtantiſſimorũ in eadem virorum conditionem, ut inter exteros degens, de iiſdem interrogantibus, decenti modeſtia reſpondere poſſis. Quem in finem, atq; ut hac ratione ad viros excellentes liberior pateat aditus, conſultum erit habere parvam quandam Philothecam, in qua non tantùm promiſcuorum hominum, ſed etiam atque præcipuè ſummorum celeberrimorumq́ue patriæ virorum, nomina deſcripta contineantur, quorum exiſti-

mationis fama ad alios etiam pervagata evaſerit, & quam omnibus in locis etiam ap. diverſæ Religionis homines exhibere & monſtrare auſit. Quam ob cauſam diligens quoq; opera dãda eſt ne vel obſcœna, vel ingrata atq; iniucunda, è quibus facilis offenſa exoriatur, in ea vel pingantur vel ſcribantur. Ex inſtrumentis domeſticis tantũ ſecum ſumet, quantum neceſſariũ eſt: quandoquidem multitudo eorum, iter facientẽ impedit, & prædonibus inſidiandi occaſionem præbet. Neque ẽt libris ſeſe onerabit, exceptis libello precationũ & pſalmodiarũ, pugillarib. Itinerariolo & diariolo (in quod geſta diurna coniiciat) Calendario & Hiſtorico, aut alio quodam Auctore, qui præter voluptatem ẽt inſtituto ſuo ſerviat. Contrà v. ſcapis nonnullis chartæ puræ, cũ calamis aliquot ſcriptoriis, atramentariolo & arenariolo, igniariolo item, acub. filis, peſſulis & ſeris, foribus vel cubiculi vel cœnaculi muniendis, ut inſtructus ſit, curabit.

Veſtes quod attinet, non illæ ſint ad luxum compoſitæ, ne in periculum & diſcrimen ipſum adducant: non tamẽ quoque exoletæ & neglectæ, quæ à frequentatione ædium & colloquiis atq; converſatione virorũ celebriorum, prohibeant. Atq; conſultum eſt, eiuſmodi ſibi parare cultũ corporis, qui apud illos, quos accedere conſtituit peregrinator, uſu receptus ſit: in quo etiam, utrum itineri aptus ſit atque idoneus, periculum faciet. Vtilis quoque & commoda eſt viatori, lacerna ſeu penula, mandya item & pileus lato limbo. Adverſus frigoris aſperitatẽ & ſævitiam, caput adeoque corpus univerſum, inprimis a. pedes probè muniet: cui rei faciunt, nova illa capitis tegumenta cucullata & humeralia, & tibialia clavata. Neque negliget cõmittere arculę viatorię vel vidulo, vel hippoperę tres quatuorvè interulas recentes, cũ totidẽ collaribus: epomidem: muccinia & ſudaria

aliquot: cruralia, vdones ſive impilia: ſoccos linteos: cudones, Chirothecas, crepidas & id genus alia. Antequam iter ingrediatur, calceos pedibus aptabit, eoſque vel linteo tenui, vel lanâ, ne pedes lædantur, ſuppinget. Pluviis cadentibus & viâ luto cœnové profundâ, non parum proſunt, ſoleæ Belgicæ. Quod ſi calcei non fuerint è Cordubenſi, ſed vulgari tantùm corio conſuti, crebro eos adipe inungi & à cæno atque arenæ purgari oportet. Si pedes anguſtis calceis ocreiſvé vrantur, ſucco ceparum perlini iuuat. Et dicitur Artemiſia planta, pedibus ſubſtrata, mirã quandam ad prohibendam laſſitudinem, vim habere. Nec abs re fuerit, ſic ſuadente vſu, ſi bracca vel genitalium ſuccentorium, cum aliquot cucurbitulis & ſcalpris ſeu lanceolis, ad incidendas venas & ſcarificationem vtilibus, adiungat.

Qui verò vel curru vel navi vehetur, nihil peccabit, ſi lectulum cubitorium,

torium, vel ſtragulum aut *lacernam* pellibus ſuffultam ſibi curet: quia. equis vtuntur, ipſi ſibi de ocreis & calcaribus (quibus tamen non ubiq; locus eſt: quemadmodum Laureti in Italia, inque Moravicis & Gallicis Buleuteriis & Curiis, in quibus & calcaria & gladios deponi neceſſum eſt) non verò minus de equo ætate & viribus integro atque tractabili, proſpiciet. Tum etiam gladio & ſclopo (ſiquidem non ubique locorum vel manuarios ſclopos, vel pugiones & *ſicas* geſtare licet: imò & exarmari nonnunquam ſclopos neceſſum eſt) ſcipione item ſive perticâ præſertim pedibus iter facientibus vel ad abigendos canes, vel ad foſſas tranſiliendum, vel montes conſcendendũ, opus eſt. Canem verò, itineris ſociũ & comitem adiungere, non ſuaſerim. Inter res alias non inſuper habebit peregrinaturus, tubum opticum; perſpicilia adverſus pulverem; ſpeculũ, cretam: cereos, ſignum gentilitium

(cuius tamen magna cura habenda erit:) cultrum cum fuſcinula: pectinem eburneum, cochlear, auriſcalpium, horologium, ſcioterícum, clepſammidiũ thecæ orichalceæ incluſum: quadrantem atque id genus alia, pro ratione itineris atque uſus & neceſſitatis earum rerum: Itemque aromatum nonnihil, conditanea pulveres item, aquas deſtillatas: oleũ: adipem cervinum, ceram, trochiſcos ſaccharũ roſaceum, ſyrupos, pilulas atq; medicamenta alia, adverſus ſanguinisè naribus ſtillicidium, alvi profluvium, dyſenteriam, obſtructiones meatuum corporis, dyſuriam, orificii ventriculi inflammationem, intertriginem, perniones & rimas pedum, ventriculum, aquas marinas nauſeantem & cibos reiicientem, peſtem, venena, aeris intemperiem atque infectionem, cephalæam, ſerpentum, ſcorpionum & canum rabidorum morſus, pediculos, labiorum hiatus, atq; vitia corporis eiuſmodi alia: quæ

omnia

omnia thecæ cuidam itinerariæ in-
cludi poſſunt. Qui curru aut navigio
vehuntur, ciborũ aliquid ſeu eſculen-
torum & potulentorum ſument, ut-
pote carnes aſſas, fumove duratas,
petaſones, panem, caſeum, butyrum
ſalitum, allium, cum lagena ſeu oeno-
phoro, itemq; pauxillũ ſpiritus vini.
Neq; n. ubiq; locorũ penum *ſtructã*
invenias & hac ratione longius pro-
ceſſurus es, ſi nuſpiam divertens, ob-
ſonia tecum feras. Quidam cũ nauta
paciſcuntur, ut toto itinere, de cibo
potuq; ipſis proſpiciat: quæ ratio etiã
obſervatur cum Galliæ & regionum
aliarum veredariis, ut peregrinantib.
ſcilicet, facta certæ pecuniæ conven-
tione cuncta & ſibi & equo neceſſaria
ſubminiſtrent. Quidam lautioris for-
tunæ ſuos habent cùm morum tùm
ſtudiorum magiſtros, adiunctis uno
alterove famulis, quorum præcipua
cura eſſe debet, omnia diligenter
conſtituere, cuſtodire & notare:
de quorum ſelectione, affectionibus
officijs & miniſterijs in ſupra dictis

Tragicarum mearum Hiſtoriarum obſervationib. abundè me meo quidē iudicio ſcripſiſſe puto: quæ aliis allegare, nōnulli etiam in latinū ſermonem quantum quidem ad hoc caput attinet, transferre placuit. Quod ſi verò nulla poſſit haberi eiuſmodi fidorum, vigilantium, ſobriorū taciturnorum & induſtriorum famulorū copia, rectius facient, qui nullos adſciſcent: quandoquidem fieri poteſt, ut inutilium illorum hominum cōmercio, in magnam aliquis calamitatem incidat; neque minus in eiuſmodi famulos, quā in ipſos Dominos ſumtuum faciendum fuerit; neque deſint hinc inde præſertim in hoſpitiis, qui mercedulâ exiguâ conducti, rerum expediendarum curam & laborem ſibi imponi patiuntur. Neque notam aliquam infamiæ aut turpitudinis ſubibit is, qui inter peregrinos verſatus, ipſe manibus pedibuſque ſuis utetur, & vel veſtes ipſe ſuas everret & purgabit, vel emendi

aut negotii alicuius alterius conficiendi cauſa, in publicum prodibit. Quin potius hac ratione linguæ exoticæ facilius percipientur & ingenia moresq́; hominum addiſcentur. Alia verò eſt ratio Præfectorum & Præceptorum, quibus, qui celſiore loco nati ſunt, carere nequeunt, modò idonei atque apti haberi poſſint: id quod etiam in famulis, quorum fides atque candor perſpectus & exploratus, qui honeſtis & opulentis parentibus nati, aut Curatores lautioris fortunæ habent, qui iam ante peregrinati ſunt, quiq́ue vel hanc vel illam linguam callent, obſervandum; neque eiuſmodi hominum adiunctio, modò rei domeſticæ anguſtia non prohibeat, diſſuadenda erit, cum talium famulorum fidelium, ſi quis comitibus bonis deſtituatur; vel in pericula morboſvé incidat, opera poſſit eſſe commodiſſima, utiliſſimaq́ue. Conſuetudine tamen uſuq́ue receptum eſt, ut eiuſmodi Ephoris & Inſpectori-

ctoribus, antequam iter ingrediantur certa quædam agendi ratio, literis cõmiſſa, tradatur. Cui tamen non ſemper conſultum eſt, ad præſcriptum inhærere, cum interdum multo ſit conducibilius, eiusmodi viri candori, ſolicitudini diligentiæ & prudentiæ, qui peregrinationis uſu & conſilio valet, totum negotium relinquere. Atque his quidem omnibus ita conſtitutis, reſtat, ut de viatico, & qua ratione pecunia itineri neceſſaria vel in vidulo, perâ, crumenâ, libello, cerâ, panis fruſto, baculo emedullato ſeu excavato, calceis, ocreis, thorace, femoralibus, interdum quoque ſecretioribus & immundioribus locis occultanda, cogitationes ſuſcipiantur. Si qui fuerint, quorum fides dubia non ſit, inter illos poterit diſtribui, vel nautæ, veredario, tabellario, interpreti aut viæ ducibus (qui & ipſi interdum neceſſarij ſunt,) ut abſcondant, concredi; Id quod, quantum fieri poteſt,

téſt, commodiſſimè fit, ſi aureis nū-
mis, locis illis, quæ adeunda ſunt, u-
ſitatis & frequentatis, præſtetur. De
pecunia minutiore tantum habebit,
quantum quotidie opus erit: quod
ſi nonnunquam maior cum minore
commutanda, cavendum, ne iſtud
fiat, palàm multis alijs præſentibus:
ne furibus aut raptoribus, peregri-
nantibus infeſtis, inſidiandi occa-
ſio præbeatur, præſertim verò belli
temporibus, quibus literis condu-
ctus ſeu paſſus ſalvi, non rarò ipſis
militibus comitibus & nonnullis in
locis, præſertim verò graſſante lue
peſtifera, literis ſecuritatis, quas Fe-
de appellitant, opus erit. Viatici
quod reliquum eſt, quoniam ſecum
tenere non eſt utile, mercatori-
bus honeſtis & locupletibus, ut
per Cambium, alijs in locis, acce-
ptâ utrinque teſſerâ, ſolvi curent, tra-
detur: qui & ipſi, ut literis inter-
ceſſoriis, commendaticijs & teſtimo-
niali-

ctoribus, antequam iter ingrediantur certa quædam agendi ratio, literis cõmiſſa, tradatur. Cui tamen non ſemper conſultum eſt, ad præſcriptum inhærere, cum interdum multo ſit conducibilius, eiusmodi viri candori, ſolicitudini diligentiæ & prudentiæ, qui peregrinationis uſu & conſilio valet, totum negotium relinquere. Atque his quidem omnibus ita conſtitutis, reſtat, ut de viatico, & qua ratione pecunia itineri neceſſaria vel in vidulo, perâ, crumenâ, libello, cerâ, panis fruſto, baculo emedullato ſeu excavato, calceis, ocreis, thorace, femoralibus, interdum quoque ſecretioribus & immundioribus locis occultanda, cogitationes ſuſcipiantur. Si qui fuerint, quorum fides dubia non ſit, inter illos poterit diſtribui, vel nautæ, veredario, tabellario, interpreti aut viæ ducibus (qui & ipſi interdum neceſſarij ſunt,) ut abſcondant, concredi; Id quod, quantum fieri poteſt,

téſt, commodiſſimè fit, ſi aureis nū-
mis, locis illis, quæ adeunda ſunt, u-
ſitatis & frequentatis, præſtetur. De
pecunia minutiore tantum habebit,
quantum quotidie opus erit: quod
ſi nonnunquam maior cum minore
commutanda, cavendum, ne iſtud
fiat, palàm multis alijs præſentibus:
ne furibus aut raptoribus, peregri-
nantibus infeſtis, inſidiandi occa-
ſio præbeatur, præſertim verò belli
temporibus, quibus literis condu-
ctus ſeu paſſus ſalvi, non rarò ipſis
militibus comitibus & nonnullis in
locis, præſertim verò graſſante lue
peſtifera, literis ſecuritatis, quas Fe-
de appellitant, opus erit. Viatici
quod reliquum eſt, quoniam ſecum
tenere non eſt utile, mercatori-
bus honeſtis & locupletibus, ut
per Cambium, alijs in locis, acce-
ptâ utrinque teſſerâ, ſolvi curent, tra-
detur: qui & ipſi, ut literis inter-
ceſſoriis, commendaticijs & teſtimo-
niali-

nialibus apud amicos, alioſque patriæ ſuæ celebres & ſpectatos viros, peregrinanti prodeſſe atq; commodare velint, rogandi: quæ apud ignotos plurimum emolumenti adferre atque efficere queunt, ut multò aliquis facilius, in Caſtella & urbes munitas, locorumque tranſitus, intromittatur; eique & horum & illorum perluſtrandorum copia fiat, & ſi forſitan alicubi laborare contingat, auxilium præſidiumque paratius inveniatur. Inprimis verò iter facturus, antequam domo diſcedat, DEUM rite placare, & viatico cœleſti ſeſe inſtruere; deinde quoque creditoribus, ſi quod æs alienum conflarit, ſatisfacere, non obliviſcetur: ſique juris & poteſtatis ſuæ fuerit, Teſtamentum prius condet; cæteraſque res ſuas prudenter diſponet: cum non ſemper qui peregrinaturi ſunt, Salvi & incolumes domum revertantur. Extremum quoque vale, ſanguine ſibi cō-iunctis, amicis, Mecœnatibus & benefa-

nefactoribus, notis item & familiaribus dicendum, ipſique rogandi erunt, ut, cùm precibus ſuis apud Deum, tũ etiam honeſta apud amicos mentione, abſentis meminiſſe dignentur. Ad quod nonnihil etiam conducit, ſi quis; vel ipſe, vel ſi adhucdum ſub parentum aut Curatorum fuerit poteſtate, per illos biduo triduove antequam iter ingrediatur, epulum ſeu conviviolum præbeat viatorium, & ad hoc cognatos, amicos, vel etiam itineris ſocios & comites, ſi quos habiturus ſit, invitet.

His ita, quod quidem primum caput attinet, ſeſe habentibus, peregrinaturus, iter ſuũ longius nõ differet, niſi vel graves quædam atque ſonticæ cauſæ interceſſerint, vel cæli iniuria & tempeſtas adverſa inopinatò irruens, prohibuerit, quibus impeditus aliquot dierum moram trahere cogatur. Quod ſi igitur de diſceſſu iam conſtitutum eſt, tum II. ante omnia Deus devotis & ardentibus precibus

cibus eſt rogandus, ut iter fortunare atque ſolpitare, clementerque peregrinaturum tueri atque cuſtodire dignetur. Quam ad rem, monente Paulo Heinznero, in Itinerario ſuo, non parum commodi adferent Pſalmi Davidici 91. 126. 127. & 139. precationes item & hymnodiæ, hunc in finem compoſitæ & libris peculiaribus inſertæ, ſicut ex Itinerario ſuprà dicti domini Frölichij apparet. Multi patrios lares relinquunt, vino probè madidi, id quod minimè probandum eſt. Debent etiam preces & laudes divinæ non tantum ſub diſceſſum, ſed ſæpius atq; præcipuè ſingulis diebus certiſq; vicibus, exortâ nimirum luce, meridie veſperi & noctu, ſi non publicè, at privatim & tacitè, recitari, & divinæ Omnipotentiæ pro præſentibus & præteritis bonis gratiæ peragi, & pro felici itineris ſucceſſu, peccatorum remiſſione, malorum averſione, & felici tandem læto & commodo in patriam reditu, verâ fide &

plena

plena cordis fiduciâ eadem invocari. Primis diebus nō eſt feſtinandū, ſed lente procedendum: diebus mediis, ſi ſors ferat, æqualia ſpatia facienda: at ſub finem via etiam moderatè carpēda. Non hærendum eſt mane in lecto, ſed iter ſtatim ingrediendum. Sub veſperam, cælo præſertim pluvio repetendum diverſorium & vitanda propter ignes fatuos ſæpe in loca avia & inhoſpita abducentes, itinera nocturna, neque in ſilvis, propter feras, latrones & ſpectra, pernoctādum. Æſtivo tēpore antemeridianis, hyberno autem poſtmeridianis horis iter faciendum, magnoq; ſolis calore quieſcendū; frigus a. nocturnū fugiēdum eſt. Nonnulli ſæviente frigore duplicant induſia, pedes vino aduſto vel ſublimato perluunt, quod etiam aromatibus conditum univerſo corpori calorem cōciliat, quanquā cautè hoc faciendū eſt. Quidā ſetas ſuillas, itemque furfures excalfactos calceis vel ocreis imponunt. Caput etiam, col-

collum, pectus, venter manuſque adverſus frigora probè ſunt munienda: quamvis nonnulli opinentur, pileos pellibus ſuffultos capiti nocere. Sunt, qui frigidâ ſeſe abluunt, putantes, calorem è ſuperficie corporis ad interiora ſic reiici & frigus externum prohiberi. Laudem etiam ad profligandum frigus merentur, nux moſchata, Zingiber, calamus aromaticus, allium, nuces iuglandes in iure carnium contuſa. Vnguentum Vrticę cum oleo & pauxillo ſalis confectum illitumque, valde conducit adverſus frigoris aſperitatem, membra corporis infeſtantis & ulcera pedum è frigore nata: quo nomine etiam adeps vulpinus cōmendatur. Cui verò membra ex frigore obriguerunt, nō igni aut aquâ calidâ, ſed frigidâ, fovere debet. Nonnulli cineres aduſtos pellis leporinæ inſpergunt: alij rapas aſſas aut mala imponunt: alij felle porcino perlinunt, alij alia remedia adhibent. Qui ientaculis ſunt aſſueti,

ante-

antequam vię ſeſe dederint, pauxillũ cibi & potus capient. Eſtque hoc in Galliis maxime vſitatum, ut in diverſoriis, ova elixa cum butyro & vino albo, apponantur; quibus uſque adprandium ſatis viatori proſpectum eſt. Ipſum autem prandium propter motum atque exercitationem vehementiorem parcius eſſe atque frugalius debet cænâ: in genere verò, eos qui peregrinantur, temperantiæ ſtudere, peregrinis cibis & potui aſſueſcere, & animum ad omnis generis adverſitates, quæ poſſunt accidere, applicare convenit. Si fieri poſſit, non vehementer nimis ſeſe commovebit apodemicus, ſed poſt Deum, in hanc ſolùm curam atque cogitationem incumbet, ne propter aeris mutationem in gravem morbum incidat. Sin verò aliquid humani, nimirum naufragium, aut eiuſmodi incommoda alia patiatur, æquo animo ſufferet. Qui equis celeribus & veredis utuntur, faſciis corpus cingere ſolent, ci-

bo potuq; moderato contenti. Diebus Dominicis, ut & feſtis præcipuis in diverſorijs commorandum eſt. Quod ſi verò vel neceſſitas urgeat, vel Comites flagitent, ut iter continuetur; in via res ſacras & divinas meditabitur; de ijſdem cum Comitibus ſermones miſcebit, & niſi occaſio prohibeat, devotè quoque canet: quod tamen non ubique obſervari poteſt. Quanquam enim opera danda eſt, ut Comites aliquis nanciſcatur pios, regionis & linguæ peritos, fidos, temperantes, moderatos, notos, atque omnino tales, qui itineris tædium & moleſtias detergant; non tamen ſemper talium copia haberi poteſt, ideoque cum ſuſpectis & ignotis prudẽter eſt converſandum, & cogitandum, qua ratione quis illorum conſuetudini ſeſe ſubtrahat atque ſubducat. Cætera, quamvis nobiliores atque opulentiores, eos, qui inferioris conditionis & fortunæ ſunt, ludibrio habere, altové ſupercilio deſpicere

ſpicere non debent; tamen, ſi ita res ferat, pauperiores & viliores, non protinus excandeſcent, ſed mores illorum patienter ferent. In genere autem Comites inter ſeſe ob res nonnunq̃ leviculas nõ excitabũt diſcordias liteſq́; ſerent, ſed mutuâ ſeſe benevolẽtiâ cõplectentur: & qui mane primus è ſomno evigilaverit, ceteros, ut ſtratis ſurgant, monebit, neque viã illis poſt ſeſe relictis, ſolus carpet. Debent etiam, qui alacriores ſunt & melius ab equis inſtructi, reliquos præcedere; & inſequentes expectare: Hi verò præeuntes, pulvere aut cœno non perſpergere, & vel equos vel veſtes eorundem collutulare. Cavendũ, ne quis in loca uliginoſa aut paludoſa delabatur, inque aſcenſu & deſcenſu montium, lentè cum equo progrediendum; cuius etiam in diverſorio potior atque diligentior quàm ſui ipſius habenda eſt ratio, ſi nullius alius miniſterio in curando equo uti liceat. Per pontes pedibus ambulare

quàm equitare tutius eſt. Qui rhedâ vehuntur, atque ex concuſſione laſſitudinem ſentiunt, vel quando frigus intenſius eſt atque aſperius, aut via cœno lutové profunda eſt, rectè faciunt, ſi pedibus aliquandiu ambulent, modo non longius à vehiculo diſcedant, ut quando volunt, illud cõſcendere rurſus poſſint, neq; cæteris diutius expectandum fuerit, aut à via penitus aberretur, quemadmodũ mihi ipſi in itinere meo Italico accidit, inter Vandalicos homines, Linguæ Germanicæ ignaros, inq; Gallijs, nõ procul Liury, tribus milliarib. Lutetiâ. Per vepreta & dumeta cum eundũ, oculorum ratio habenda eſt, ne lædantur. Cadentibus nivib. imbribusvé, vel ventis rapidis flantibus, præſertim nullo vel pago vel urbe in proximo ſita, peregrinator viæ ſeſe non dabit, neque ſub corylo dormiturus facilè requieſcet: quoniam eius umbra cerebro infeſta atq; inimica eſſe dicitur. Atque omninò ſomnus vel in

pratis

pratis aut gramine, vel etiam fœno nuper deſecto, vel ēt in ſilvis, fugiendus eſt, ēt propterea, quia non exiguũ periculum à viperis, lacertis, ſerpentibus & alijs eiuſmodi venenatis animalibus, quæ interdum in ipſas dormientium fauces atq; viſcera irrepere ſolent, metuendum. Id quod ēt obſervandum eſt in aere frigido & gelu ſtricto; quod interdum iucundi quidem primò, ſed paulò poſt diuturni imò perpetui ſomni cauſa fieri poteſt; id quod aliquando cognatorum meorum cuidam in Styria accidit, cui percundum omnino fuiſſet, niſi ſuperveniens quidã cum clitellarijs equis, forte fortuna, magno cum labore ipſum excitaſſet. Prætergreſſus hortos aut vineta, ceraſa, poma, uvas, aliosque eiuſmodi fructus hortenſes non decerpet, &c. Cavebit ēt ſibi à Canibus occurrentibus. Lupis itidē urſiſq; inſequentibus, vel funiculum igniarium, vel faſcias aut cingulum, thoracem aut baculum poſt ſeſe

trahet, vel gladio ſilicumque attritu ſtrepitum ciebit, vel tempore hyberno aquis frigore concretis adproximabit. quandoquidem lupi ignem & glaciem extimeſcunt: vel urſo occurſante humi proſtratus, ſpiritum, veluti inanimis, reprimet & continebit. Et quoniam ſunt, qui partim malitiâ, partim ignorantia, viam iter facienti rectam monſtrare recuſant; omnes, quotquot ipſi occurrerint, percontabitur, & ſi erraſſe ſeſe intellexerit, in bivio conſiſtet, aut lētius progredietur, uſque dum in aliquem incidat, quem interrogare poſſit. Neque parum ad rem faciet, habere in promtu indicem vel ſyllabum locorum, per quæ eundum eſt, utrum videlicet Ortum, Occaſum, Meridiem, Septentrionemve illa ſpectēt, vel etiam chartas ſecum portare Geographicas. Notabit etiam peregrinator diligenter loca, ad quæ pervenit, & ſpatia ſeu intervalla eorum: ſique celebriora quædam fuerint, paululum à tramite

deflectentia, non pigebit, ad *illa* perluſtranda iter convertere: ſed *flumen* ſibi ignotum non tranſibit. Sique vel è curſu, vel ambulationibus, vel pilæ luſu aliiſque id genus exercitijs plus ſatis incaleſcere contingit, non protinus veſtes vel aperiet, vel exuet, aut reſpiraturus, frigida loca ſubibit, ſed linteo ſudorem exterget, & induſiū mutabit. Neque conſultum eſt, in magno ſolis æſtu multo & prolixo ſermone uti, ne ſitis excitetur, eamque ob cauſam, vel frigidior vel turbida & impura aqua, & inſimul, ſemina vel ova ranarum bibantur; id quod me Wittebergæ verſante cuidam puellæ ruſticæ accidit: vel collum ſtrumoſum reddatur, quo vitio corporis promiſcuè laborant Carinthiæ, Styriæ ſuperioris, Salisburgenſis Archiepiſcopatus & Sabaudiæ incolæ, ex potu aquarum illarum contracto. Quidam, antequam bibant, vel allium vel theriacam in aquam conijciunt. Aqua lutoſa pauxillo ſa-

lis adſperſo corrigitur; turbatâ alumine purificatur & frigida, (quæ ſemper ſtudiosè, præſertim ieiunis, cavenda eſt) vel ſaccharo, vel panis medullæ ſuperfuſa, tutò bibitur. Nō. nulli Cryſtallum, Corallia, argentum, ſaccharum candidum, ſilicem aquæ frigidæ puteanæ prius iniectum, grana piperis, (multum humoris attrahentia,) vel etiam ſal craſſius, ore & lingua tenent, prout vel huius vel illius copia haberi poteſt. Sunt qui potum ſibi ex ſyrupo roſaceo aut violaceo & aqua conficiunt: quidam radice dulci ſeu glycyrrhiza, eiuſque ſucco: item ficubus recentibus, fragis, piris, prunis, ceraſis, malorum cydoniorum granis aliiſque eiusmodi ad reſtinguendam ſitim utuntur. Porro, quibus res lauta eſt, ſuos vectores, veredarios, nautas, viarū duces, & gerulos, benè atque liberaliter tractare debent, ita tamen, ut officij negligentes non evadant, eorumque nomina notare, quò, ſi eâdem illâ via rede-

redeundum forſitan fuerit, ipſorum *miniſterio* operaq; uti quis poſſit. In *Italia* equidem veredario & equorum locatori non plus pecuniæ ſuppeditari debet, quàm quantum in ſingulos dies pactum eſt: cum homines ſint recoctæ extritæque improbitatis, qui, acceptâ prius quàm par eſt pecunia, vel equos inutiles vitiiſque laborantes, ſubminiſtrare, vel in diverſoria parùm inſtructa & commoda deducere, vel interdum nefariè in ipſos prædones latroneſque, peregrinantes ut incidant, facere ſolent: unde literæ commendatitiæ quàm maximè neceſſariæ ſunt. Inprimis verò opera danda eſt, ut equi ab Hippocomis aut veredarijs non petantur, qui interdum tàm vitioſos locare ſolent, ut non fruſtrà crurum aut aliorum corporis membrorum læſio ex prolapſione metuenda ſit. Pauperes q; ſunt, rectè beneq; faciunt, ſi comitibus ſuis opulentioribus, imò etiã vectoribus & veredarijs, miniſtrent,

diverſoria & metationes deſignent, vel id genus alia faciant, quibus impenſas ſuas faciliores reddant. Attamen non promiſcuè omnibus fides habenda eſt: qua ratione vir quidam optimus notiſſimuſque, (qui tamen ante complures annos fatis cõceſſit,) haud in exigua felicitatis ſuæ parte reputare potuit, quòd, cum in via fuiſſet defatigatus, Gallo cuidam robuſto & toroſo, peram ſuam ſatis gravem geſtandam commiſiſſet, ipſe verò cum cæteris præceſſiſſet, Gallo demum inſequente cum portæ Bremẽſis Vrbis iam modò clauſæ eſſent; ipſe Gallus eâ fide egerit, ut prædicto Domino, intra mœnia vrbis eâ nocte concluſo, vidulum illum ſive peram mane reddiderit. In regionibus exteris decet alijs honoratioribus, præſertim verò celebriorib. & inſigniorihus hominibus, de via decedere, imò vel equo vel rheda deſcendere eoſque honoris ſignificationibus proſequi, quem morem Poloni & Lithuani

thuani maximè obſervare dicuntur. In genere verò decorum eſt obviam *factos* blandè & humaniter ſalutare, & bona quæque atque fauſta precari, id quod Bohemi facere conſueverunt, qui occurrentibus ſuam Wytam, hoc eſt, beneveneritis & alteri Zdrauuy bily, hoc eſt, ſalui eſtote, acclamant: & in Weſtphalia atque illis locis, ruſticani homines etiam numerum perſonarum ſibi occurrentium, in dicenda ſalute, exprimunt. Eſt enim peregrinantis propriũ hoc, ut omnibus in rebus modeſtum ſeſe exhibeat, neque leviter tantùm atq; extremis digitis pileum attingat, quaſi aviculas ſub eo conditas, geſtet: ſed caput aperiat totũ, obſervatoq; eorum, quibus cum verſatur, diſcrimine, ſuum cuique vel maſculus fuerit, vel fœmina, inprimis verò res ſacras tractantibus, honorem debitum exhibeat. Quod ſi peregrinanti cum viris illuſtri nobilique loco natis, eruditione præſtantibus, & ſenio atque

ætate venerandis res fuerit & negotium, demiſſè ſeſe geret neque verbis aut ſermone eos offendet : etiam à cachinnis & petulanti riſu, verbiſque bullatis & bracteatis dictis abſtinebit: viciſſim verò, aliorum ſcommata & cavilla æquo animo patietur: neque minus interim prudenter & ſolicitè ipſorum cùm voces tùm actiones obſervabit, ſibique ab illis, quorum verba & facta diſcordant, cavebit: neque cunctis vel fidem adſtringet vel abrogabit, ſed interdum (at in hoc tantùm caſu) aliud lingua geſtibusve præ ſeſe feret, aliud pectore clauſum tenebit. Si forſitan in via in mendicos incidat, aut leproſoria noſocomiave tranſeat, munificum ſeſe & liberalem præbebit, iuxtà tamen, maximè, quando ſolus , vel pedibus vel equo iter facit, valida mēdicabula vitabit. Ad urbem aliquam cum ventum eſt; ſi ad portam , unde veniat, quové tendat, quæratur, proximam quam-

quamque civitatem nominare ſufficiet. Quod ſi in munitis locis, ingreſſu prohibeatur, poterit de amicorum quopiam, quo cum forſitan aliis aliquando in locis verſatus eſt, quærere, vel literas, quas ſecum fert, aut ſalvi paſſus, oſtendere, atque excubitores munuſculo aliquo proſequi, quò facilius citiuſque intromittatur. In Italia, Gallia, lociſque alijs, in quibus ad fines & terminos regionis, de rebus exportari prohibitis, & è quibus portoria & vectigalia ſolvenda ſunt, inquiri ſolet, quidam in charta, ac ſi ſalvi paſſus eſſent literæ, pecuniæ aliquantum exhibent, quo efficitur, ut neque qui pedibus neque qui equis iter faciunt, teneantur, ipſorumvé hippoperæ aut viduli excutiantur. Nonnulli, qui murenulas, torques aureos, annulos, horologia automataria ſecum portant, ea de collo ſuſpendunt, digitoſque ijſdem ornant.

Quæcunque enim corpori alligata

deprehenduntur, illa ſalva manent: quæ verò vel in peris, vel in vidulis inveniuntur, ex illis vectigal ſolvendum eſt, imò maioris illa æſtimantur nõnunq̃ iuſto. Tutiſſimum verò eſt, nihil eiusmodi rerum ſecum ferre. Quibuſdam in locis etiam ex calceis novis, item proprio ex corpore, quã-tumvis nullum aliquis pontem tranſeat, vectigal expetitur: Quapropter conſultum haud eſt, prolixos ſermones & colloquia inſtituere, è quibus aliquis, quod factu perfacile eſt, in diſcrimen & periculum incidat, vel ad triremes damnetur. Intromiſſus itaque in locum aliquem peregrinator, tempus, quando illud factum, & quam diu ibidem moratus fuerit, diligenter annotabit: præſertim verò intra portas de commodis & honeſtis diverſoriis percontabitur, atque ex iiſdem non tantum unum ſeliget, verum etiam pro ratione facultatum atque conditionis ſuæ, domeſticorũ operas miniſteriaque requiret. Uſu-

que

que imprimis receptum eſt, ut ingreſſus, hoſpitem hoſpitamque de præbendo tecto hoſpitioque compellet, & pro more & conſuetudine illius regionis, erga ipſos, ipſorumque filios filias & familiares reliquos, cùm in ingreſſu tùm diſceſſu, modeſtè atque decenter ſeſe gerat. Aliter enim in Hungaria, Italia, Hiſpania; aliter in Gallia & Anglia erga ſequioris ſexus homines ſeſe peregrinator præſtabit, ne apud hos inurbanus atque incivilis habeatur, apud illos verò ſuſpicionem aliquam illiciti amoris excitet, atque hac ratione in periculum aliquod ſeſe conjiciat, malúmque ſibi iumento ſuo adducat. Hæc enim rei ſumma eſt: ſervire regioni atque Legibus, quod in communi uſúque trito eſt proverbio, ut nempe in exteris locis atque regionibus, aliquis ad mores, conſuetudines, linguarum uſum, cultumque corporis, niſi divinis præceptis, conſcientiæ & Religioni Chriſtianæ repugnet, ſeſe ap-

plicet. Sub veſperam peregrinator, ſupellectilem ſuam, quam ſecum geſtat, maturè atque tempori cuſtodiet, alioq́ue exiturus in publicum, in conclavi aſſignato probè muniet, vel Comitibus commendabit, vel hoſpiti aut hoſpitę aſſervandam tradet, prius a. ex alijs ipſorum fidem & candorem explorabit, eq́ue indice ſuo recognoſcet, num cuncta in diverſorium attulerit. Quibus opus habiturus eſt, illa à domeſticis blandis humaniſq́ue verbis petet, neque cum ijſdem acerbè expoſtulabit, inq́ue verbis & factis, moderatum ſeſe, caſtum ſobriumq́uę præbebit: chartarum aleæq́ue luſu, præſertim cum ignotis, abſtinebit: neque pecunias, aut nummos, præſertim maiores alijs oſtendet, aut in crumena aut marſupio ſecum geſtabit; & quoties vel è veſtibus vel aliunde expromere & cum alijs minutioribus inque regione aut loco illo uſitatis permutare voluerit, clàm & occultè faciet,

quem-

quemadmodum ſupra quoque monui. Idquod etiam non negligendum ſi vel ſcabies vel vermiculi aut pediculi, (ſalva ſit dicto venia) cum ex itinere tùm ex lectiſternijs immundioribus collecti, aliquem infeſtent. Ad quos profligandos, in genere quidem oleum ſpicæ, in ſpecie verò Aloe cum aqua roſarum, valde prodeſt, ſi vel corpus illis perlinatur, vel induſia & veſtes ijſdem imbuantur. Si vel quietis, vel tempeſtatis vel negotiorum quoque ratio alicui commorandi neceſſitatem imponat, aut ipſe peregrinator veſtes illas purgabit, aut aliis purgandas committet: & circa prandij aut cœnæ tempus in diverſorio ſeſe tenebit, ne abſentia eius cæteris moleſta ſit. Siqúe cænare aut prandere in diverſorio nolit, maturè in culina hoc ſignificabit? In menſa, apud peregrinos inprimis, verecundum eſſe decet: pauca de eruditione, de opibus & facultatibus, de genere & ſtirpe deq; rebus eiuſmodi aliis, loque-

loquetur; neque de religionis atque fidei articulis diſputabit. Aliter verò res habet apud doctos & celebres viros, à quibus, modeſtè atque officioſe petet, ut quid illo in loco memoriâ & obſervatione dignum ſit, patefacere dignentur; ſi vel maximè, illi, quorum miniſterio ad cognoſcenda illa opus habemus, munuſculo aliquo afficiendi, aut ipſi illi viri ad prandium aut cœnam invitandi. Sed curioſitatem & temeritatem vel maximè vitabit peregrinator, neque Religionem, mores, leges, conſuetudines illius loci contemnet, ſed in omnibus modeſtum & benè compoſitum ſeſe geret. Locorum quoque, ubi ſaburrã ventris reijcere ſolemus; diligentem habebit rationem, eademque inſeſſurus, aliquid ſubſternet. Ex hiſce enim neglectis, quemadmodum etiam ex lectis & vaſculis potorijs impurioribus, Apodemicus facilè aliquid vitij & labis contrahet. Unde ante omnia curandum eſt, ut

lecti

lecti cubitorij puri ſint atque mundi. In *Gallia* præſentibus peregrinantibus lodices demere de ſtratis, aquis eadem madefacere & ad focum ſive ignem deſiccare ſolent. Sed magis è re uſuque valetudinis fuerit, ut vel veſtibus planè nō exutus, vel braccis ſive femoralibus, aut induſio munitus aliquis decumbat, & cervicalibus linteum purum imponat, veſteſque ſuas maioris & ſecuritatis & commoditatis cauſa, ſubſternat. Obtinuit verò in Gallijs mos non illaudatus, ut ſcilicet vaſcula, è quibus bibitur & eorum labra, diligenter extergantur, ſingulis ſua ſingula tenentibus. Muniendæ etiam probè ſunt cubiculi fores, præſertim ſoli cubanti, & ſcamnum vel aliud quidpiam objiciendum. Antequam quieti ſeſe det, gladium ut iuxta lectum collocet, ſuſcitabulum item igneum inprimis verò preces ut recitet, non obliviſcetur. Mane poſtquã evigilaverit recitatis iterum precibus, ſupellectilem

lem ſuam itinerariam recenſebit, ne quid perierit: poſtea hoſpiti, pro hoſpitio præbito & neceſſarijs alijs ſuppeditatis, ſatisfaciet, atque ſi per facultatũ ſuarũ rationẽ poterit, domeſticos immunes eſſe haud patietur, neque ſolùm mane, verùm etiam meridie, honeſtè diſcedet. Hac enim comitate, urbanitate & liberalitate, nõ rarò multa incommoda calamitates & adverſitates averti poſſunt. Quos amor & benevolentia in faciendo itinere coniunxit, illi certam quandam pecuniam in mutuum uſum ſi conferant, rem committẽt reprehenſione haud dignam, è qua unus quidam ex reliquis omnibus ſeligatur, qui inſtar parochi, omnes expenſas faciat & poſtmodum inſumtæ pecuniæ rationes reliquis reddat. Quod ſi deprehenderit ſeſe ad homines candidos & integros divertiſſe, de eo, quod itineris reliquum eſt quomodo porro inſtituendum, & per quæ loca tranſeundum ſit, percontabitur, ut fidum quen-

quendam viæ ducem, ſi opus ſit, nanciſci, & quando per ſolitudines & loca diverſoriis planè carentia aut minus commoda proficiſcendum, maturè vel de annona neceſſaria, vel etiam ſalvo comitatu, ſibi proſpicere queat. Neque vel panis fruſtillo, vel hepate aſſato, optimum nutrimentum præbente, vel panibus bis coctis, vel etiam teſtulis ex amygdalis & ſaccaro, piſtis, carere viator debet. Referunt hiſtoriarum monumēta, fuiſſe quendam, qui in diem uſque ſeptimum ſolo urinæ ſuæ potu famem ſitimque pertulerit. Sicubi forſitan in diverſorio commorandum & ſubſiſtendum fuerit, benè rectèque faciet peregrinator, ſi nactus occaſionem ſcribendi in patriam, ſuos de rerum ſuarum ſtatu atque conditione certiores reddiderit: id quod frequenter, inprimis parentibus adhuc exiſtentibus, faciendum erit. Hi namque ex inſito quodam ingenitoque amore, liberorum ſuorū ſalutis

ſata-

ſatagunt: & per eiuſmodi crebram literarum miſſitationem, vel ſalutis denunciationem amicorum & notorũ benevolentia & favor erga abſentes, retinetur & conſervatur, ut non ſolùm ſuis ipſos precibus Deo cõmendent, ſed etiam quomodo interea tẽporis, uſque dum revertantur domũ vel de honeſto officio, vel matrimonio etiam luculento, vel de alijs commoditatibus proſpiciendi, cogitationes ſuſcipiant.

Tertium membrum quod concernit, quid peregrinanti illis in locis, in quibus aliquandiu verſatur, agẽdum ſit, ſuprà modò dictum eſt, conſultum eſſe ut in amicitiam & notitiam præclarorum & celebrium hominum ſeſe inſinuet, eorumque autographa & inſignia gentilitia in Philothecã ſuam inſerenda, ipſe coràm & modeſtè eos roget, poſtmodum quæcunque obſervavit, vidit atque audivit, diligenter & accuratè annotet, & impetrata facultate, ductore quodam

perito,

perito, turres celſas conſcendat: etiam loca ipſa intra & extra, obeat, & ad mentem & memoriam revocet. Dico verò, poſt impetratam veniam. Abſque eo namque fuerit, facilè aliquis in vitæ fortunarumque periculũ incidere poteſt, vel ad triremes condemnari, ſi Caſtellis & munitionibus vel propius ſeſe applicet, vel ad eadẽ ſubſiſtat, vel in chartam aliquid conjicere, aut in pugillares referre conetur. Oculos hic & pedes, quantumvis ſecretò, nemineque advertente, inſtituto ſuo inſervire oportet. Quod itaque ſupra nominata nempe inſpectionem atque obſervationem, peregrinanti neceſſaria attinet, cognoſcet ille primo ex aliis quanam in regione verſetur: quo nomine cum veteribus tum recentioribus appelletur: quanã in parte Orbis, quonam in regno principatu, vel ducatu illa ſita & cuinã ſubiecta ſit? quænã eius ſit vel longitudo vel latitudo? quinã fines ſint atq; termini? quinã eius vicini & col-

limi-

limitanei, quanto ab aliis ſpatio diſtet? in quot dynaſtias & præfecturas dividatur? quot urbes, oppida, pagos, vicos, arces, monaſteria habeat? unumne an plures Epiſcopatus contineat? utrum multos & quidem fœcundos montes, ſilvas, vineta, paſcua, hortos, arbores, plantas, fructus arbores, metalla aut fodinas metallicas, terræ naſcentia alia, ſalis annonam, agros fertiles, fructus leguminales ſeu Cereales, pecudes varias & alia ad vitæ ſufficientiam neceſſaria complectatur? quas feras, aves & inſecta nutriat? quænam eius ſint flumina, utrum ſint navigabilia & piſcibus abundantia? utrum aquas habeat acidulas & medicatas alias, quæ morbis profligandis & pellendis utiles ſint? Quidam etiam ſcrutantur eius longitudinem ſive ſpatium inter Ortum & Occaſum: itemq; poli elevationem ſive latitudinem inter meridiem & Septentrionem: Zonas; parallelos & climata; ſive ſpatium

inter duos parallelos? item, ſub quibus Planetis & ſignis cæleſtibus ſita ſit: quot horarum dies longiſſimus breviſſimuſque anni, breviſſimaque & longiſſima nox ſit? Alij quærunt de viis atque itineribus: utrum acceſſu exituque ſit facilis: quos hoſtes habeat; & qui metuendi, atque id genus alia. Quæ omnia etiam ad illum locum, in quo aliquis verſatur, referri poſſunt atque inſuper interrogari poterit, utrum is caput ſit regionis? quis eum condiderit, amplificaverit vel inſtauraverit? utrum ſui iuris, an aliorum imperio ſubditus? utrum è lapidibus, & quâ forma ſeu figura ſit conſtructus? utrum mediterraneus an verò maritimus? unumne habeat an plura flumina præcipua? utrum Inſula an peninſula? in edito ne an humili & plano? an Soli vẽtiſvé expoſitus? an Ortũ ſpectet, an verò Occaſum, &c. qui nam venti inprimis

primis ibidem dominentur? quæ æſtatis quæque hyemis ſit ratio? utrum portum habeat commodum? utrum præter flumen, quo alluitur, adhuc alios amnes, lacus, paludes habeat? quinam eorum fontes ſint, quæ origo? quoſnam fluvios alios recipiant? utrum navigabiles & piſcoſi? quænam urbes in eorum ripa conditæ & quibus pontibus iungantur? utrum tutò navigare in illis liceat? nullinē ſcopuli metuendi? utrum mare latè pateat & profundum ſit: cuiusmodi navium formâ utantur & quibus nominibus appellentur? utrum locus ille habitatoribus ſit frequens? quinam primi & hodierni incolæ ſint? utrum homines ſint nobili & celſo loco nati, cùm viri tùm fœminæ: quas res præclaras olim geſſerint? utrum elegantibus ſint moribus præditi? utrum inſignibus utantur privilegijs & iuribus! utrum Muſis ſint dediti, an negotiationes & mercaturas exerceant? utrum ex agricultura & pecuaria

victum

victum quærant, aut aliis artibus tractandis vitam ſuſtentent? utrum inſignes in eo ſint artifices, egregij Logiſtæ ſive Arithmetici, linguarum exoticarum Profeſſores, laniſtæ, gladiatores, pugiles, choredidaſcali, pictores, geometræ, armorum tractandorum magiſtri: rerum bellicarum periti: aquilegæ, Muſici inſtrumentales: qui mercede medioeri varias linguas animique & corporis exercitia doceant? Siquidem plerique peregrinantur, non tantùm ut res ſingulares & admirandas ſpectent & cõtemplentur, ſed etiam varias linguas, artes & exercitia addiſcant, illisque deinceps patriæ ſuæ, cùm pacis tùm belli tempore, conſilio auxilioq; eſſe poſſint. Quanquam non deſunt, qui cùm temporis, tùm ſumptuum iacturam facientes, nihil interdum niſi corruptos mores omnisque generis morbos & id genus alia domum ſecum referunt: quin imò & linguæ illius, quanquam in ætate iuvenili &

benè longo tempore exteris & peregrinis in locis verſati, vel parum vel nihil arripiunt, hanc ignaviæ & ſocordiæ ſuæ cauſam prætexentes, linguam illam difficiliorem fuiſſe, quàm ut comprehendere eam potuerint, cum tamen exteri, inprimis Galli, facilè patiantur, ſeſe de erroribus in loquendo & pronunciando commiſſis, interrogari; quin potius etiam non moniti, ſpontè ſua lapſus illos emendant. Neq; eſt, ſi maximè aliquis propterea rideatur, ut vel erubeſcat vel indignetur, quandoquidem diſcendi cupidus, eò magis poſtmodum ſibi cavebit, eorum conſuetudine, qui eleganter loquuntur, uſurus; eoq; fine Hiſtoricos & alios illa in lingua editos libros, diligenter lecturus. Verum ut ad noſtrum propoſitum inque viã revertamur, q peregrinatur, accuratè etiam cognoſcet, utrum loci alicuius incolæ belli an pacis ſint ſtudioſi? utrum in certos Ordinès & tribus diviſi?

viſi? *quænam* præcipuè ſint familiæ: utrum ſint procerâ corporis ſtatu à? formâ pulchri, & elegantes facie? an in veſtitu, ſponſalibus, nuptiis ſint ſplendidi & magnifici? quibus ritibus & ceremoniis utantur? quibus & quã inſolentibus & inſuetis nominibus appellentur? quam linguam exerceant, & qua ratione eandem eloquantur & pronuncient? quoties forum habeatur? qui nummi, pondera menſuræ, ulnæ in uſu ſint? utrum frequentes ſint peregrinorum commeationes? quibus morbis incolæ maximè ſint obnoxij? quibus urbibus aliis locus ille, antiquitate vel amplitudine ſit par & æqualis, vel maior & celebrior? quæ Reipublicæ forma, & per quos gubernata fuerit? utrum etiam ex plebe aliquib. ad munerum & officiorum adminiſtrationem aditus pateat? utrum inferiores ſuperioribus obediant & obſequantur? quibus iuribus, legibus, cõſuetu-

Digitized by Google

dinibus vivant? quę nam ſint civium & ſubditorum onera? utrum magnũ Urbs illa ex vectigalibus, tributis & collectis, commodum percipiat? quænam præcipua ſint officia? quis ſit ſtatus Ordinis Eccleſiaſtici, religionis & rituum ſeu ceremoniarum ſacrarum? an multa ſit magnaque feſtivitatum celebritas? quæ ieiuniorum obſervatio? utrum homines ſint devoti? in erogandis eleemoſynis largi & liberales? in curandis pauperibus promti? in cognoſcendis & diſceptandis cauſis matrimonialibus candidi & æqui? utrum Eccleſiaſticæ, Scholaſticæ & domeſticæ diſciplinæ diligens habeatur ratio: ſcelera & flagitia graviter puniantur & miniſtri Eccleſiæ munere ſuo ritè fungantur? Porrò, utrum ibi ſit Academia, an Gymnaſium aut Pædeuteria alia benè conſtituta? utrum Profeſſores & Præceptores ſint docti? an iuſto tempore labores ſuos ſubeant & Lectiones auſpicentur, atque ju-

veniuntem accuratè & ſolicitè informent? quæ ratio ſit Muſicæ? utrum magnus ſit & frequens ſtudioſorum, iuvenculorum, cum puerorum tùm puellarum numerus? atque utrum ad Scholas diligenter mittantur, & quæ ſint moderatorum & præfectorum ſtipendia & ſalaria? utrum eruditi & ſenes magno in precio locoque habeantur? & ipſi, aliiq́ue de Republica præclarè meriti præ aliis promoveantur & præmiis ornentur? Item quæ admiranda & obſervatione digna, in mutata vel Religione vel Republica, in genituris, æſtu frigoreque intenſo, tempeſtatibus horrendis, incendiis, eluvionibus & exundationibus fluminum; fame, peſte, bellis, obſidionibus, oppugnationibus, expugnationibus, ſeditionibus, tumultibus, confœderationibus, &c. acciderint; & quæ horum omnium cauſæ fuerint atque occaſiones? è quibus maxime notandi ſunt ſingulares & horrendi caſus? ſed huc revocandæ

 com-

dinibus vivant? quę nam ſint civium & ſubditorum onera? utrum magnũ Urbs illa ex vectigalibus, tributis & collectis, commodum percipiat? quænam præcipua ſint officia? quis ſit ſtatus Ordinis Eccleſiaſtici, religionis & rituum ſeu ceremoniarum ſacrarum? an multa ſit magnaque feſtivitatum celebrita? quæ ieiuniorum obſervatio? utrum homines ſint devoti? in erogandis eleemoſynis largi & liberales? in curandis pauperibus promti? in cognoſcendis & diſceptandis cauſis matrimonialibus candidi & æqui? utrum Eccleſiaſticæ, Scholaſticæ & domeſticæ diſciplinæ diligens habeatur ratio: ſcelera & flagitia graviter puniantur & miniſtri Eccleſiæ munere ſuo ritè fungantur? Porrò, utrum ibi ſit Academia, an Gymnaſium aut Pædeuteria alia benè conſtituta? utrum Profeſſores & Præceptores ſint docti? an iuſto tempore labores ſuos ſubeant & Lectiones auſpicentur, atque ju-
ven

ventutem accurate & ſolicitè informent? quæ ratio ſit Muſicæ? utrum magnus ſit & frequens ſtudioſorum, iuvenculorum, cum puerorum tùm puellarum numerus? atque utrum ad Scholas diligenter mittantur, & quæ ſint moderatorum & præfectorum ſtipendia & ſalaria? utrum eruditi & ſenes magno in precio locoque habeantur? & ipſi, aliique de Republica præclarè meriti præ aliis promoveantur & præmiis ornentur? Item quæ admiranda & obſervatione digna, inmutata vel Religione vel Republica, in genituris, æſtu frigoreque intenſo, tempeſtatibus horrendis, incendiis, eluvionibus & exundationibus fluminum; fame, peſte, bellis, obſidionibus, oppugnationibus, expugnationibus, ſeditionibus, tumultibus, confœderationibus, &c. acciderint; & quæ horum omnium cauſæ fuerint atque occaſiones? è quibus maxime notandi ſunt ſingulares & horrendi caſus? ſed huc revocandæ

commonefactiones illæ ſuprà traditæ, ut nimirum in eiuſmodi rebus inveſtigandis & cognoſcendis ſingularis adhibeatur prudentia, & circumſtantiæ loci, temporis & perſonarum accuratè obſerventur, ne quis per nimis curioſam & intempeſtivam percontationem, vel in ſiniſtram & pernicioſam ſuſpicionem adducatur, vel in odium incurrat, vel in periculum & diſcrimen incidat. Et hoc primum eſt.

Quod attinet ſecundo, Locorum ipſorum inſpectionem & contemplationem, opera danda eſt, ſi fieri queat, ut primo inter res ſacras & ad ſacra pertinentia, ſpectentur, templa, Cœnobia, Sacraria atque in ijſdem, ſuggeſtus, Baptiſteria, imagines, picturæ, Organa Muſica, Horologia, automataria, cathedræ, ſellæ, januæ, campanæ, ornatus & theſauri Eccleſiarum: Cœmeteria item, Collegia, Scholę, Muſea, Bibliothecæ, Xenodochia, Orphanotrophia, Noſocomia,

mia, Gerontocomia, leproſoria & id genus alia. II. Ædificia Civilia publica, qualia ſunt, domus Auguſtales, Palatia, arces, Caſtella & quæ in iiſdem memoratu digna occurrunt: Buleuteria, Curiæ, Fora, Armamentaria, Sphæriſteria, Theatra & loca alia publica: Statuæ item, Coloſſi, Arcus triumphales, fornices, valla, Aggeres, propugnacula, Foſſæ, turres, portæ, ſpeculæ, Periſcopia, aliæque loci alicuius munitiones: etiam vici & regiones Urbis, Aquæductus, Hydragogia, Pontes, molæ, fontes ſalientis aquæ, putei, Pharmacopolia, Balnea, tabernæ aromatariæ, diverſoria, oenopolia, granaria & ſitophylacia, Macella, officinæ ferrariæ & alia: itemque ſuburbia, prædia, fundi, horti & opera topiaria extra urbem. Et III. Privatorum ædificia & domicilia, eorundem ſitus, amplitudo, inſtrumenta, forma, elegantiæ, mundicies, ornatus, ſuperliminariæ,

propylea, lararia, cœnacula, culinæ, cellæ ſeu hypogæa vinaria & cerevi-ſiaria, promptuaria, balnea, Apothecæ, granaria, horrea, ſtabula, fontes, vivaria, piſcinæ, horti, ſtatuæ, imagines, tabulæ pictæ, aviaria, nũmi antiqui, librorum plutei, technophylacia, ſupellectilia & alia ad rem domeſticam & familiarem neceſſaria, de quibus & quæ paſſim diverſis in regionibus ſpectatu obſervatuque digna ſint, ego in diſtinctis meis per Germaniam, Italiam, Galliam, Britanniam magnam itinerarijs, itemq; in peculiaribus Germaniæ & Hungariæ, Poloniæ, Suediæ & Daniæ regnorum deſcriptionibus, pro dotibus ingenii à Deo clementiſſimo mihi conceſſis, accuratè ſcripſi: ad quæ brevitatis cauſa Apodemicum meum remitto.

Tandem verò & IV. Si quis poſt exactum temporis peregrinandi ſpatium, idemque benè utiliterque collocatis ſumtibus cognitis & obſer-

vatis.

vatis plurimis, à parentibus & amicis domum revocetur, vel ob cauſas idoneas, æquas & graves impellentes, in patriam redire conſtituit, popularibus prius, ſi quos habet, maturè illud ſignificabit, ſi forſitan vel ipſi quoque itineris eſſe ſocij, vel aliquid ad ſuos perferri & renunciari velint: cæteris verò, ibidem manſuris notiſque & familiaribus alijs diſceſſum ſuum, ſi quidem ex re ipſius atque tutum fuerit intimabit illiſque extremum vale dicet: & ſi Studioſus ſit, à Rectore aut viris præclaris & ſpectatis aliis vitæ ibidem tranſactæ, teſtimonium petet, ſuoſque libros & alia, quæ ut commodè exportentur, digna eſſe cenſuerit, ſecum feret; ſique rara quæpiam & in patria inſueta atque inſolita fuerint vel comparatu difficilia occurrent, emet; ut non tantùm ſuos jiſdem donare, ſed & ſibi nonnulla, memoriæ cauſa ſervare poſſit. Verùm in reditu alia via utetur, atq; iter ſuum ad alia loca convertet, quò

primis ibidem dominentur? quæ æſtatis quæque hyemis ſit ratio? utrum portum habeat commodum? utrum præter flumen, quo alluitur, adhuc alios amnes, lacus, paludes habeat? quinam eorum fontes ſint, quæ origo? quoſnam fluvios alios recipiant? utrum navigabiles & piſcoſi? quænam urbes in eorum ripa conditæ & quibus pontibus iungantur? utrum tutò navigare in illis liceat? nullinẽ ſcopuli metuendi? utrum mare latè pateat & profundum ſit: cuiusmodi navium formâ utantur & quibus nominibus appellentur? utrum locus ille habitatoribus ſit frequens? quinam primi & hodierni incolæ ſint? utrum homines ſint nobili & celſo loco nati, cùm viri tùm fœminæ: quas res præclaras olim geſſerint? utrum elegantibus ſint moribus præditi? utrum inſignibus utantur privilegijs & iuribus! utrum Muſis ſint dediti, an negotiationes & mercaturas exerceant? utrum ex agricultura & pecuaria victum

victum quærant, aut aliis artibus tractandis vitam ſuſtentent? utrum inſignes in eo ſint artifices, egregij Logiſtæ ſive Arithmetici, linguarum exoticarum Profeſſores, laniſtæ, gladiatores, pugiles, choredidaſcali, pictores, geometræ, armorum tractandorum magiſtri: rerum bellicarum periti: aquilegæ, Muſici inſtrumentales: qui mercede mediocri varias linguas animique & corporis exercitia doceant? Siquidem plerique peregrinantur, non tantùm ut res ſingulares & admirandas ſpectent & cõtemplentur, ſed etiam varias linguas, artes & exercitia addiſcant, illiſque deinceps patriæ ſuæ, cùm pacis tùm belli tempore, conſilio auxilioq; eſſe poſſint. Quanquam non deſunt, qui cùm temporis, tùm ſumptuum iacturam facientes, nihil interdum niſi corruptos mores omniſque generis morbos & id genus alia domum ſecum referunt: quin imò & linguæ illius, quanquam in ætate iuvenili &

benè longo tempore exteris & peregrinis in locis verſati, vel parum vel nihil arripiunt, hanc ignaviæ & ſocordiæ ſuæ cauſam prætexentes, linguam illam difficiliorem fuiſſe, quàm ut comprehendere eam potuerint, cum tamen exteri, inprimis Galli, facilè patiantur, ſeſe de erroribus in loquendo & pronunciando commiſſis, interrogari; quin potius etiam non moniti, ſpontè ſua lapſus illos emendant. Neq; eſt, ſi maximè aliquis propterea rideatur, ut vel erubeſcat vel indignetur, quandoquidem diſcendi cupidus, eò magis poſtmodum ſibi cavebit, eorum conſuetudine, qui eleganter loquuntur, uſurus; eoq; fine Hiſtoricos & alios illa in lingua editos libros, diligenter lecturus. Verum ut ad noſtrum propoſitum inque viã revertamur, q peregrinatur, accuratè etiam cognoſcet, utrum loci alicuius incolæ belli an pacis ſint ſtudioſi? utrum in certos Ordines & tribus diviſi?

viſi? quænam præcipuè ſint familiæ: utrum ſint procerâ corporis ſtaturâ? formâ pulchri, & elegantes facie? an in veſtitu, ſponſalibus, nuptiis ſint ſplendidi & magnifici? quibus ritibus & ceremoniis utantur? quibus & quã inſolentibus & inſuetis nominibus appellentur? quam linguam exerceant, & qua ratione eandem eloquantur & pronuncient? quoties forum habeatur? qui nummi, pondera menſuræ, ulnæ in uſu ſint? utrum frequentes ſint peregrinorum commeationes? quibus morbis incolæ maximè ſint obnoxij? quibus urbibus aliis locus ille, antiquitate vel amplitudine ſit par & æqualis, vel maior & celebrior? quæ Reipublicæ forma, & per quos gubernata fuerit? utrum etiam ex plebe aliquib. ad munerum & officiorum adminiſtrationem aditus pateat? utrum inferiores ſuperioribus obediant & obſequantur? quibus iuribus, legibus, cõſuetu-
 dinibus

dinibus vivant? quę nam ſint civium & ſubditorum onera? utrum magnū U bs illa ex vectigalibus, tributis & collectis, commodum percipiat? quænam præcipua ſint officia? quis ſit ſtatus Ordinis Eccleſiaſtici, religionis & rituum ſeu ceremoniarum ſacrarum? an multa ſit magnaque feſtivitatum celebrita?quæ ieiuniorum obſervatio? utrum homines ſint devoti? in erogandis eleemoſynis largi & liberales? in curandis pauperibus promti? in cognoſcendis & diſceptandis cauſis matrimonialibus candidi & æqui? utrum Eccleſiaſticæ, Scholaſticæ & domeſticæ diſciplinæ diligens habeatur ratio: ſcelera & flagitia graviter puniantur & miniſtri Eccleſiæ munere ſuo ritè fungantur? Porrò, utrum ibi ſit Academia, an Gymnaſium aut Pædeuteria alia benè conſtituta? utrum Profeſſores & Præceptores ſint docti? an iuſto tempore labores ſuos ſubeant & Lectiones auſpicentur, atque juven

ventutem accuratè & ſolicitè informent? quæ ratio ſit Muſicæ? utrum magnus ſit & frequens ſtudioſorum, iuvenculorum, cum puerorum tùm puellarum numerus? atque utrum ad Scholas diligenter mittantur, & quæ ſint moderatorum & præfectorum ſtipendia & ſalaria? utrum eruditi & ſenes magno in precio locoque habeantur? & ipſi, aliique de Republica præclarè meriti præ aliis promoveantur & præmiis ornentur? Item quæ admiranda & obſervatione digna, in mutata vel Religione vel Republica, in genituris, æſtu frigoreque intenſo, tempeſtatibus horrendis, incendiis, eluvionibus & exundationibus fluminum; fame, peſte, bellis, obſidionibus, oppugnationibus, expugnationibus, ſeditionibus, tumultibus, confœderationibus, &c. acciderint; & quæ horum omnium cauſæ fuerint atque occaſiones? è quibus maxime notandi ſunt ſingulares & horrendi caſus? ſed huc revocandæ

commonefactiones illæ ſuprà traditæ, ut nimirum in eiuſmodi rebus inveſtigandis & cognoſcendis ſingularis adhibeatur prudentia, & circumſtantiæ loci, temporis & perſonarum accuratè obſerventur, ne quis per nimis curioſam & intempeſtivam percontationem, vel in ſiniſtram & pernicioſam ſuſpicionem adducatur, vel in odium incurrat, vel in periculum & diſcrimen incidat. Et hoc primum eſt.

Quod attinet ſecundo, Locorum ipſorum inſpectionem & contemplationem, opera danda eſt, ſi fieri queat, ut primo inter res ſacras & ad ſacra pertinentia, ſpectentur, templa, Cœnobia, Sacraria atque in ijſdem, ſuggeſtus, Baptiſteria, imagines, picturæ, Organa Muſica, Horologia, automataria, cathedræ, ſellæ, januæ, campanæ, ornatus & theſauri Eccleſiarum: Cœmeteria item, Collegia, Scholę, Muſea, Bibliothecæ, Xenodochia, Orphanotrophia, Noſocomia,

mia, Gerontocomia, leproſoria & id genus alia. II. Ædificia Civilia publica, qualia ſunt, domus Auguſtales, Palatia, arces, Caſtella & quæ in iiſdem memoratu digna occurrunt: Buleuteria, Curiæ, Fora, Armamentaria, Sphæriſteria, Theatra & loca alia publica: Statuæ item, Coloſſi, Arcus triumphales, fornices, valla, Aggeres, propugnacula, Foſſæ, turres, portæ, ſpeculæ, Periſcopia, aliæque loci alicuius munitiones: etiam vici & regiones Urbis, Aquæductus, Hydragogia, Pontes, molæ, fontes ſalientis aquæ, putei, Pharmacopolia, Balnea, tabernæ aromatariæ, diverſoria, oenopolia, granaria & ſitophylacia, Macella, officinæ ferrariæ & alia: itemque ſuburbia, prædia, fundi, horti & opera topiaria extra urbem. Et III. Privatorum ædificia & domicilia, eorundem ſitus, amplitudo, inſtrumenta, forma, elegantia, mundicies, ornatus, ſuperliminaria,

propylea, lararia, cænacula, culinæ, cellæ ſeu hypogæa vinaria & cereviſiaria, promptuaria, balnea, Apothecæ, granaria, horrea, ſtabula, fontes, vivaria, piſcinæ, horti, ſtatuæ, imagines, tabulæ pictæ, aviaria, nũmi antiqui, librorum plutei, technophylacia, ſupellectilia & alia ad rem domeſticam & familiarem neceſſaria, de quibus & quæ paſſim diverſis in regionibus ſpectatu obſervatuque digna ſint, ego in diſtinctis meis per Germaniam, Italiam, Galliam, Britanniam magnam itinerarijs, itemq; in peculiaribus Germaniæ & Hungariæ, Poloniæ, Suediæ & Daniæ regnorum deſcriptionibus, pro dotibus ingenii à Deo clementiſſimo mihi conceſſis, accuratè ſcripſi: ad quæ brevitatis cauſa Apodemicum meum remitto.

Tandem verò & IV. Si quis poſt exactum temporis peregrinandi ſpatium, idemque benè utiliterque collocatis ſumtibus cognitis & obſer-

vatis plurimis, à parentibus & amicis domum revocetur, vel ob cauſas idoneas, æquas & graves impellentes, in patriam redire conſtituit, popularibus prius, ſi quos habet, maturè illud ſignificabit, ſi forſitan vel ipſi quoque itineris eſſe ſocij, vel aliquid ad ſuos perferri & renunciari velint: cæteris verò, ibidem manſuris notiſque & familiaribus alijs diſceſſum ſuum, ſi quidem ex re ipſius atque tutum fuerit intimabit illiſque extremum valedicet: & ſi Studioſus ſit, à Rectore aut viris præclaris & ſpectatis aliis vitæ ibidem tranſactæ, teſtimonium petet, ſuoſque libros & alia, quæ ut commodè exportentur, digna eſſe cenſuerit, ſecum feret; ſique rara quæpiam & in patria inſueta atque inſolita fuerint vel comparatu difficilia occurrent, emet; ut non tantùm ſuos jiſdem donare, ſed & ſibi nonnulla, memoriæ cauſa ſervare poſſit. Verùm in reditu alia via utetur, atq; iter ſuum ad alia loca convertet, quò

plura cognoſcere & obſervare queat. Reverſus igitur domum, parentes ſuos chariſſimos, ſi quidem ſuperſtites adhuc eoſdem invenerit, itemque fratres, ſorores & conſanguineos nec minus Mecœnates, fautores, Præceptores & amicos ſuos veteres, comiter & blandè ſalutabit; cum præcipuis etiam & antiquiſſimis, qui à vitæ continentia & frugalitate maximè ſunt celebres, priſtinam amicitiam & conſuetudinem renovabit, neque condiſcipulorum ſuorum, qui interea, dum abfuit, cùm in moribus, tùm in bonarum artium & literarum ſtudijs egregios profectus fecerunt, obliviſcetur. Portò moribus patriæ ſuæ honeſtis, decentibus & laudatis, animum applicabit, ab alijs verò, quantum facere poteſt, abſtinebit; modeſtè tamen, parce, rarò & citra aliorum offenſam de ijſdem loquetur & iudicabit: contrà verò, peregrinos & apud ſuos inſuetos & ridiculos

geſtus

geſtus, dediſcet: linguæ patriæ & maternæ iterũ aſſueſcet, & exotico atque peregrino ſermone, tãtùm apud eos, qui eius gnari ſunt atque periti, utetur: veſtes illas & comam monſtroſam, quibus ſeſe cùm à ſuis, tùm ab alijs deridendum propinat, inq́ue contemtum & odium adducit, abijciet, aliaſque ſibi & tales, quæ à patria conſuetudine alieni non ſunt, ſuoque corpori convenientes, confici curabit. De peregrinatione ſua, de periculis exantlatis, de acceptis iniurijs, de rebus cognitis & exploratis ampullas & verba ſeſeſquipedalia non proijciet, aut prolixas & moleſtas de ijſdem narrationes, præſertim iteratas ſæpius atque intempeſtivas, ubi nil quicquam opus eſt, neque promiſcuè apud omnes inſtituet. Cum quibus hominibus exteris in locis amicitiam contraxit, atq; iiſdẽ familiariter uſus eſt, ad eos crebrò & frequenter literas dabit & hac ratione cõſervandæ augẽdæq́;

amicitiæ fomenta ſubdere ſtudebit: domiq́ue cum fuerit , ſilentio otioq́ue tempus non tranſiget , ſed quæ extra Patriam vidit, audivitq́, cognovit, cum aliorum commemorationibus & ſcriptis conferet, ordine atque accuratè in literas rediget, atque omninò in cunctis ita ſeſe geret , ut paulò poſt ipſi vel munus aliquod aut officium publicum committatur, aut amplum & luculentum matrimoniũ obtingat: ut deinceps vitę ſtatum atque conditionem, debita fide, integritate, honeſtate, diligentiâ, humanitate, prudentia, ſobrietate atque virtutum aliarum decore, tenere & conſervare , atque adeò ſumptus & impenſas peregrinationis ſuæ, in Dei gloriam, patriæ , ſuum & ſuorum emolumentum, commodum & honorem contuliſſe videatur. Atque hæc habui , quæ de inſtituenda, ſuſcipienda & conficienda peregrinatione, breviter & conciſè conſcribere & ad Nobil. & Strenuitatem tuam mittere

volui,

volui, quam divinæ tutelæ, me verò eius favori & benevolentiæ, officioſè commendo, annexo hoc ſerio & ardenti voto, ut Deus ter Opt. Max. inſtituto Str. Nob. tuæ Dd. filiorum itineri clementer benedicere, eos ubique locorum tueri atque defendere, & tandem, poſt ſuperata pericula & viarum moleſtias beneque collocatos & temporis & pecuniæ ſumtus, in patriam ad Str. Nobilitatem tuã, & reliquos propinquos ipſorum reditum magno cum deſiderio gaudioq; expectantes, Salvos & incolumes reducere dignetur.

Datum Ulmæ, &c.

ACHATIS FIDI.

ITER I.

Antverpiâ Metim Mediomatricum urbem.

ANTVERPIA. Urbs celeberrima Brabantiæ, regiaque, & caput Marchionatus Imperij Romani huius nominis; in qua ſpectatu maximè digna ſunt, Templum beatæ Virginis magnificentiſſimum: Abbatia S. Michaelis: Templum Ieſuitarum: ædificium, laſcivæ & prodigæ iuventutis cohercẽdæ ergò ſtructum: Bibliotheca Senatoria: domus mercatoria ſuperba, Burſa vulgò dicta: domus Oſterlingica: officina, in qua vitra conflantur: Monetaria: Aquæductus: Aulæo-

rum

rum & tapetum textrina: domus, in qua merces exonerantur: Typographeum Plantinianum: technophylacium Rubenzianum: Palatium Baronis à Roden: Cella vinaria, &c.

MECHLINIA, quatuor milliaribus Belgicis Antverpia diſſita. Urbs eſt Archiepiſcopalis & caput diſtinctæ & ſingularis cuiuſdam ditionis, Brabantiæ tamen adnumeratæ: in qua, viſu digna ſunt, Templum Cathedrale: Cœnobia Franciſcanorum & S. Claræ: Curia: Collegium lanariorum, vulgò Textorum Halla: Armamentarium: Palatia quædã præcipua, præſertim verò Parlamentum. In hac enim Urbe auguſtum eſt Regis Hiſpaniarum Conſilium ſeu Dicaſterium magnum, ad quod ex cunctis penè Belgij Provincijs, Hiſpaniarum Regi ſubditis, Appellationes referuntur & à quo provocare amplius non licet.

LOVANIVM. Urbs quatuor milliaribus remota à Mechlinia, Brabantiæ præ-

tiæ præcipua & Regis Hiſpaniarum imperio ſubiecta. Digna ſpectatu hac in Urbe ſunt, Academia ſive Univerſitas: Præpoſitura S. Petri: Cenotaphiũ ſeu tumba Iuſti Lipſij in Frãciſcanorum Æde: Cœnobium Carthuſianorum: Xenodochium ampliſſimum: Academiæ Collegia: Arx, ſive Burgum. Oſtia ſive Emiſſaria fluminis, vulgò, Sluiſen, Molæ aquaticæ; Palatia nonnulla: domus Iuſti Lipſij ſuprà dicti: atque extra urbem, Ducis Croij Arx celeberrima Heverle dicta.

Pagus Pieterbaix. mill. 2.

Pag. Peruves vel Peruese. 2. mill.

NAMVRVM. 3. milliar. Poteſt verò etiam Lovanio huc perveniri, ad Gemblours, ſex milliar. atque illinc Namurum, 3. milliar. Vulgò autem Lovanio Namurum numerantur 8. milliar. Condita eſt hæc Urbs iuxta Sabim fluvium, aliàs Sãbra dictum, paretque imperio Hiſpaniarum Regis. Hic viſu digna

ſunt,

ſunt, Templum primarium Epiſcopale; arx munitiſſima & Buleuterium. Ab hac urbe Comitatus qui XVII. Provincijs Belgicis adnumeratur, appellationem accepit.

Pag. Carioul. 1. mill.

Pag. Enphin: qui ſic in Tabula: à quodam verò alio Entin & Emptin vocatur. 2$\frac{1}{2}$. mill.

Urbs. MARCHE, vel Marchè en Fammines & loco Florenze la belle dicta, in qua Cœnobium Carmelitarum, & Templum S. Remacli valdè magnificum ſpectatu dignum. Sita eſt in Ducatu Luxemburgico 4$\frac{1}{4}$. milliar.

Pag. Ortonuille 5$\frac{1}{2}$. mill. Belgicis vel 4 Germanicis.

Pag. Martelenge 5$\frac{1}{4}$. & à Baſtoigne, 3. mill. utpote inter hanc & Arlun, mediâ viâ, iuxta Saveram flumen, etiam in Ducatu Luxemburgenſi, ſitus.

Numerantur à Marchè ad pagum Grandechamps 2$\frac{1}{2}$ vel tria milliaria

parva. Pag. Ortonuille 2½. Pag. Flamiſoul, 1. Pag. Sour. 2. Pag. Martelenge 1½. mill.

Urbs. ARLVN. vel, Arlon. 3. mill. In hac civitate Luxemburgica, loco edito ſeu excelſo ſtructâ, ſpectatu digna occurrunt, Cœnobium Carmelitarum, Templum cathedrale, & dimidio ab urbe milliari monaſterium, Claire Fontaine dictum.

SOLEVVRE. 3. mill. Ditio eſt, Domus Naſſoviæ, ſed in Ducatu Luxemburgenſi ſita.

Urbs. THEONIS VILLA, Dietenhofen vel Thionuille. 3. mill.

Urbs. METIS. 4. mill. de qua utraque infrà dicetur.

ITER II.

Antverpiâ Leodium & Luxemburgum uſque.

Urbs NAMVRVM, viâ ſuprà notatâ.

Urbs HVYVM. 5. mill. Epiſcopat. Leodicenſis, in qua viſu digna ſunt Tem-

Templum Deiparæ Virginis: Cœnobium novo-Moſtier & Crucigerorũ monaſteriũ: in monte a. excelſo, Arx elegantiſſima, in qua Epiſcopi Leodienſes verſari ſolent: ut & Pons pulcherrimus, quo Moſa flumẽ iungitur.

Urbs LEODIVM. 5. mill. In hac Epiſcopatus Leodicẽſis metropoli, videnda occurrunt, Collegiũ ampliſſimũ S. Lamperti: Monaſteriũ S. Laurentij: Templũ Cathedrale S. Ioannis: Templum S. Iacobi: Aula Epiſcopalis: Technophylacium Torrentinũ, &c. Abrahamus Ortelius, Antverpiâ Luxemburgum, via ſuprà notatâ Leodiũ pervenit. Illinc per ſilvam Arduennã, in Pag. Spa, ad Acidulas illas multorũ vocibus celebratas. 5. mill. Porrò ad Monaſteriũ Stablo, cuius Abbas Imp. Rom. Statib. ſeu Ordinib. accenſetur, iter fecit. 2. milliar. per

Pag. & arcem SALM, Ducatus Luxemburgici (milliaria Ortelius hic non expreſſit.) progreſſus.

Urb. BASTONAC 2. pagus Martelenge ſuprà dictus. 3. mill.

Ur-

Urbs Arlon. 3. mill.

Urbs LVCENBVRGVM. 4. mill. à quo 4. milliar. ad Theonis Villam (Dictenhoven:) 4. porrò Metim: hinc 9. mill. Gallicis maioribus Nanceum pervenitur. Aliàs Luzenburgo, directâ & plana via, 16. milliar. Nanceum numerantur.

ITER III.

Antuerpiâ Coloniam.

Urbs LIERA. vel Lira 2. mill. Belgicis, vetuſta & probè munita civitas Brabantiæ Hiſpaniarum Regi ſubdita, nobilitata boario mercatu & foro ampliſſimo: itemq; S. Gummari templo.

Pag. Yetegem, Jeticum. 2. mill.

Urbs DIESTA, ſive DIESTHEMIVM, Brabandica, propria aliàs Domus Naſſovicæ, ſita ad Demeram flumen. Dignum hic eſt, ut videatur Templum Cathedrale.

Urbs

Urbs HASSELETVM, Haſſelt. 3. aut. 4. mill. in Epiſcopatu Leodienſi, alia ab Haſſeleto Iſalæ ſuperioris.

Urbs BILSA, 2. vel, ut alij. 3. mill. Opidum Epiſcopale Leodienſe, à quo non procul abeſt celeberrimum Parthenon ſive Cœnobium Virginũ Sacratarum, Münſter Bilſa, ſpectatu digniſſimum.

Urbs TRAIECTVM ad Moſam, vulgò Maſtrich, 2. mill. Quidam pauciora notant. Ponit quidam Traiecto Pilſam uſque 2. Haſſeltum 2. Hala. 3. *Dieſta* 1. Oſter wiko, 2. Yettegẽ. 1½. Liera 2. Luithagen 2. Antverpia ¼. milliar. Paret Traiectum hoc tempore partim Epiſcopo Leodienſi, partim verò confœderatis & unitis Provinciis Belgicis, quantum videlicet Hiſpaniarum Rex antehac iuris in illud habuit Hic ſpectare licet pulcherrimum pontem lapideum, quo Moſa iungitur: Templum primarium S.Servatij, & Templum Collegiale divæ Virginis.

Pag. Herle. 3. mill.

Pag. Bergendorf. 3.

Urbs JVLIACVM. Gûlch. 2. Nõnulli Trajecto Juliacum uſque ſeptẽ tantùm milliaria numerant. In hac ùrbe viſu digna eſt Arx ampliſſima munitiſſimaq́; extrà urbem verò Cœnobium Carthuſianorum. Subiectũ hodie imperio regis Hiſpaniarum, & caput Ducatus Juliacenſis.

Pag. Steinſtraſſe. 2.

Urbs Berchem 2½. Oppidulum Ducatus Juliacenſis ad Erpam flumẽ.

Urbs COLONIA AGRIPPINA. Côln. 3½. Quidam Juliaco huc uſq; 6. alij 5½. mill. numerant, pro itineris ſcilicet diverſitate. Hulſius Coloniâ Duram 4. Aquisgranum. 4. atque inde per pagum Gulpam, Traiectum uſque etiam 4. milliaria atque ſic 12. tantùm numerat, ſed Germanica ne an verò Belgica milliaria intelligat, non exprimit. In quodam Hodoeporico, iter hoc modo conſtituitur: Colonia p. Wuch, territorij Juliacen-

cenſis 7. mill. Mediâ fermè viâ caſtrum eſt Kerpen, imperij Hiſpanici locus. Urbs Aquisgranum 3. milliar. à dicto pago Wuch. Traiectum. 4. Dieſta 7. Mechlinia 7. Antuerp. 4. Hoc tamen iter ambagibus & anfractibus non caret.

ITER IV.

Antverpiâ Francofurtum Mœni.

Urbs TRAIECTVM, viâ ſuprà notatâ.

P. Gulpa. 2. milliar. Germ.

Urbs ACH. vel Aix. Aquisgranum. 2. vel 3. mill. Urbs Imperij Romani, in qua videnda ſeſe exhibent Templum Diu. Virginis, inque eodem res multæ precioſiſſimæ: Templum Collegiale S. Adelberti: Curia magnificentiſſima: Balnea: extra urbem verò, Cœnobia, Bortſcheid. Monaſterium S. Cornelij & Cloſterrath.

Urbs

Pag. Herle. 3. mill.

Pag. Bergendorf. 3.

Urbs JVLIACVM. Gûlch. 2. Nõnulli Trajecto Juliacum uſque ſeptẽ tantùm milliaria numerant. In hac ùrbe viſu digna eſt Arx ampliſſima munitiſſimaq; extrà urbem verò Cœnobium Carthuſianorum. Subiectũ hodie imperio regis Hiſpaniarum, & caput Ducatus Juliacenſis.

Pag. Steinſtraſſe. 2.

Urbs Berchem 2½. Oppidulum Ducatus Juliacenſis ad Erpam flumẽ.

Urbs COLONIA AGRIPPINA. Côln. 3½. Quidam Juliaco huc uſq; 6. alij 5½. mill. numerant, pro itineris ſcilicet diverſitate. Hulſius Coloniâ Duram 4. Aquisgranum. 4. atque inde per pagum Gulpam, Traiectum uſque etiam 4. milliaria atque ſic 12. tantùm numerat, ſed Germanica ne an verò Belgica milliaria intelligat, non exprimit. In quodam Hodoepòrico, iter hoc modo conſtituitur: Colonia p. Wuch, territorij Julia-

cen-

cenſis 7. mill. Mediâ fermè viâ caſtrum eſt Kerpen, imperij Hiſpanici locus. Urbs Aquisgranum 3. milliar. à dicto pago Wuch. Traiectum. 4. Dieſta 7. Mechlinia 7. Antuerp. 4. Hoc tamen iter ambagibus & anfractibus non caret.

ITER IV.

Antverpiâ Francofurtum Mæni.

Urbs TRAIECTVM, viâ ſuprà notatâ.

P. Gulpa. 2. milliar. Germ.

Urbs ACH. vel Aix. Aquisgranum. 2. vel 3. mill. Urbs Imperij Romani, in qua videnda ſeſe exhibent Templum Diu. Virginis, inque eodem res multæ precioſiſſimæ: Templum Collegiale S. Adelberti: Curia magnificentiſſima: Balnea: extra urbem verò, Cœnobia, Bortſcheid. Monaſterium S. Cornelij & Cloſterath.

Urbs

Urbs DVRA, Deuren. 3. mill. Urbs Ducatus Iuliacenſis, numerata tamen in Matricula Imperij & in Indicibus Circuli Weſtphalici inter Imperiales Urbes relata: in qua Tēplum primarium viſu dignum eſt.

Urbs EVSKVRCHEN. 3. mill. Oppidulum Ducatus Iuliacenſis.

Urbs MECKENHEIM. 3. Oppidulum Epiſcopatus Colon. ſuperioris.

Urbs ZINSICH vel SINZIG. ad flumen Aaram 3. Oppidulum eſt Juliacenſe.

Urbs ANDERNACVM, Andernach, 2½. mill. Electoralis Colon. iuxta Rhenum, è regione Caſtri Hammerſteinenſis, quod Trevirenſi Archiepiſcopo paret, ſitum.

Urbs CONFLVENTIA. Coblentz. 2½. vel 3. parvis mill. Electoralis Trevirenſis ad Moſellam & Rhenum. In ea ſpectatu dignum eſt Tēplum Collegiale: Cœnobium Carthuſianorum: Collegium Jeſuitarū:

Pala-

Palatium Principale: pons elegantiſſimus ex lapidibus quadratis ſtructus, quo Moſella iungitur: atque inprimis è regione Caſtrum Ehrnbreitſtein vulgò Hermanſtein dictū. Tradit Matthæus Quade, Confluentiam 13. mill. infra Trevirem, atque ipſa mediâ inter Moguntiacum & Coloniam viâ, & quidem in dextra Moſellę, ſiniſtra verò Rheni ripa, ſitam eſſe.

Urbs CAPELLA. $1\frac{1}{2}$. vel 1. mill. magn. Oppidulum eſt Trevirenſe iuxta Rhenum.

Urbs RENS. $\frac{3}{4}$. vel 1. mill. è regione Braubach. Imp. Haſſiaci, ſtructa. Hodie iterum ſubiecta eſt Electori Colonienſi: poſtquam pecunia, quâ oppignorata fuit, Principibus Haſſiacis anno C. 1629. numerata fuit.

Urbs POPPART. $\frac{3}{4}$. vel 1. mill. Electoralis Trevirenſis iuxta Rhenum. Hic luſtrabis Templum primarium & Cœnobium Carmelitarum.

Pag. Welmenach $1\frac{1}{2}$. vel. 1. mill.

Trevirenſis muris clauſus iuxta Rhenum, cum arce in monte ſtructa.

Urbs GEWER. vel S. GOAr. 1. m. Caput eſt Comitatus inferioris Cattimeliboci, proximè celſiſſimum munitiſſimumque caſtrum Rheinfelſenſe, quod utrumque hodie, unà cum opidulo S. GEWERSHAVSEN nõ procul diſſito; itemque arce nova Cattimelibocica, poſtliminio ad Principem Caſſellanum redijt.

Urbs VESALIA ſuperior. 1. mill. In hac Electorali Trevirenſi Civitate, luſtrabis inter præcipua viſu digna, Templum Virginis Deiparæ Collegiale; ut & S. Martini, & Parthenonem Ordinis S. Bernhardi.

Urbs ARA BACCHI, vel Bacharach 1. mill. Electoralis Palatina, nobiliſſimi vini proventu celeberrima, cum arce STaleck, propinqua. In ea viſu digna ſunt Templum Parochiale, Templum S. Werneri: Cella vinaria, Tablinum & domus monetaria.

Vic. DRECKHAVSEN, Dreckhuſen, propriè Trechtingshauſen $\frac{3}{4}$. vel 1. mill. Satis notus & pulcher Electoralis Moguntinenſis vicus, generoſiſſimi vini ferax.

Urbs. BINGVM. 1$\frac{1}{4}$. vel 1. & Arâ Bacchi 2. mill. iuxta Rheni ripam ſita, Canonicorum Archiepiſc. Moguntiacenſis: à qua inferius, ſclopi pilæ iactu, famoſa illa turris Murium.

Urbs INGELHEIM. 2. mill. Electoralis *Palatina*. Burgum verò eſt liberæ Nobilitatis Imperij in qua ſpectatu præcipuè digna eſt Aula ſive Palatium regium perantiquum.

MOGVNTIACVM. Mentz. Caput huius Archiepiſcopatus, ſita in ripa Rheni: clara Academiâ: Æde ſacrâ S. Martini: Abbatiâ S. Iacobi. S. Ioan. & S. Ignatij templis. Collegio Ieſuitarum: Arce Electorali ſeu Burgo S. Martini, Cancellaria: nova ſubſtructione & Curiâ.

Caſtrum RVSSELHEIM. 1. mill. de quo infrà.

Pag. Etersheim. 1. mill.

Arx KELTERSPACH. propriè Kelſterbach ½. ditionis Haſſo-Darmſtatinæ.

Urbs HOCHST. ¼. mill. Opidum Elector. Moguntiacũ in ripa Mœni, celebre quondam arce elegantiſſime ſtructâ, ſed bello proximo Germanico, miſerè vaſtatâ.

Urbs FRANCOFVRTVM. 1. mill. in quaviſu præcipuè digna ſunt, Templum Collegiale S. Bartholomæi: S. Leonhardi: D. Virginis Deiparæ Domus Teutonica: Cœnobiũ Carmelitarum & Dominicanorum atque in hoc poſtremo tabula quędã elegantiſſimè ingenioſiſſimeq; picta: Curia item ſeu Buleuterium, vulgò der Römer: Armamentarium & pons lapideus opus pulcherrimum, quo Mœnus iungitur.

ITER V.

Antuerpiâ Auguſtam Vindelicorum.

Mechlinia. Urbs.4.mill.

BRUXELLÆ Bruſſel.4.mill.propter equos veredos; absq; hoc, breviore via utere.

Vic. Vuerne. vel Teruuren. Fura. 2½. mill. Vicus eſt in Brabantia, cum Arce ad ſilvam Soni.

Pag. Boſſuyt. 2½.

Pag. Peruves vel Perveſe celebrior, cum libera Dynaſtia. 2.

Urbs NAMVRVM. 3. & Bruxellis.10. de qua ſuprà, Itin.1.

Pag. Wauremont. in Namurenſi Comitatu. 3.

Pag. Chavetoigne, in Luzemburgenſi Ducatu. 3.

Pag. Eſtreu. 3.

Pag. Auvenne. 1.

Pag. Amberul. 3.

Pag.Flamiſoul. $1\frac{1}{2}$.

Pag.Bure.2.

Arx CLERFF. $1\frac{1}{2}$. prope quam vicus eſt Luceburgẽſis Ducatus, pulcherrima & & munitiſſima.

Urbs VIANDEN. $2\frac{1}{2}$. Dicitur etiam Viandelen & Vyenthal, ad ripam fluminis Our, in Ducatu Lucenburgico. Hic ſpectandum Monaſterium.

P. Lentingen. $1\frac{1}{4}$.

Urbs ECHTERNACH. $2\frac{1}{4}$. in ripa Suræ fluminis, in quo opidulo celeberrima eſt Abbatia Ordinis S. Benedicti, ut & Templ. primariũ & Cœnobium Virginum Sacratarum, Agnoſcit ipſius Abbatis Imperium.

P. FILTZEN.2.

Manderen.2.

Wederen. $\frac{1}{4}$.

Urbs S.WENDELINI, vulgò S. Wendel ad aquã Blies, in Auſtraſia & Epiſcopi Trevirenſis.

P.Stansweiler.2.

Urbs

Urb. LANDSPERG.3. & dimid. mill. Antequam huc venitur, Oderæ flumen transmittendum eſt, ſtructa eſt ad Wartam flumen, in dicta nova Marca Brandeburgica.

Urb. WOLDENBERG.2. mill. In eadem regione.

IAGERSPVRG. 2.mill. magn. in Silva conditum, eiuſdem ditionis.

Teupiz.5.Poloniæ Regi paret.

LANDECK.5.mill.in Pomerellia.

Urbs

Urbs Bychau 8.vel 9. milliar. ſita in Caſſubia, longoque tempore Duci Pomeraniæ ſubiecta fuit: quib. omnib. fatis perfunctis, ad Polonum, poſtliminio rediit. Hinc 16. vel 18. milliaria numerantur ad

DANTISCVM. urbem.

Vel: Auguſtâ

PRAGAM. de quo vide ſupra Iter.7.

Urb.& Arx BRANDEIS. 2½. vel 3. mill. iuxta Albim, quæ ab ipſa urbe diſtincta, neq; procul BVNZelio veteri diſſita, artificio ſingulari conſtructa eſt. Sed oppidum bello ſuperiore proximo admodum vaſtatum eſt.

Urbs IVNGENBVNZEL ad Giſeram. 4. mill.

Ur. WEISWASSER, vel BIELA. 1. vel 1½. mill.

Ur. NIEMES, à quibuſdam Niemitſch dicta & in Bohemia ſita, 3. m. magnis.

Vic. Gabel vel KABLON. 2. mill. parvis, propè fines Luſatiæ ſuperior.

Urbs SITTAV, ZITTAV. 2. vel 2.& dimid. mill. Una ex ſex Urbibus Electoralibus Saxonicis Superioris Luſatiæ: in qua ſpectatu dignum eſt templum Parochiale S. Ioannis, itemq́ue Curia.

Hirſchfeld. 1. mill. notatur à Sculteto appellatione Oppidi & à quibuſdam vocatur Hirſchfeldaw.

Urb. GORLITZ. 3. Vulgò Pragâ huc uſque 19. milliaria numerantur. Eſt hæc urbs una ex ſex quondam regijs Bohemicis, nunc Saxonicis urbibus Luſatiæ Superioris: in qua præcipuè Templum S. Petri & Curia cũ turri inſigni, viſu digna ſunt.

P. Sorau. 1. mill.

P. Primsdorf. am Queis 4.

Urbs SPROTTAW. 2. Urbs Principatus Glogovienſis ad Boberam & Sprottam flumina, ſita, cum Arce vetuſta.

Urbs GLOGOVIA, cognomine Glogaw maior. 5. ubi digna viſu ſunt Eccleſia baſilica; templum parochiale; Cœ-

ſe: Cœnobia: Collegium Ieſuitarum: Arx & Curia.

Ur. FRAWENSTATT. vel Vuſchova. 1. mill. magn. Quidam numerant 3¼. & 4. mill. Pertinet ad regnum Poloniæ: ſed incolę Urbis ſunt Germani.

Pag. Storkennaſt. 4. mill. Quidam Glogoviâ huc uſque 7. milliaria numerant.

Urb. COSTYAN vel KOSTEN. 2. & dimid. vel 3. mill. Arcem habet.

Ur. MOSCH. 4. mill. in Polonia magna.

Urb. POSEN, Posna, Posnania, 4. mill. ſita ad Wartam & Proſnam in dicta *Polonia* magna, cuius Caput eſt. In ea ſpectatu digna ſunt Templum Epiſcopale: Collegia, Academiæ & Jeſuitarum: Dominicanorũ, Bernhardinorum: duorum Carmelitanorum & quatuor diverſarum Virginum ſacratarum Cœnobia: Aulæ

Epiſcopi & Arx regia. Multi hic Hebræi habitant.

Vic. Kleczko. 4.

Vic. Golan. 3. in Polonia magna. Hinc trans flumen Notez

Vic. Wienczburg. 4. mill.

Pag. Crone, ad flumen Bro. 4.

Urb. Schwez. 5. mill. in Pomerellia, quæ tamen etiam ad regnum Poloniæ ſpectat, ad Viſtulam; (vulgò Weiſſel) habens Arcem.

Urb. STARGART. ad fluvium Fers in Pomerellia. 8. mill. Quidam viam dirigunt ad Kyſchaw, 10. mill. atque illinc 3. milliar. huc uſque.

Arx vel Urbs SCHONECK. 2. mill. parvis, ſita ad modò dictum flumen FERS in Pomerellia.

Urbs DANTISCVM, Gedunum, vulgò DANTZIG. 5. mill. Hic videre licet: Templum Summum: Collegium: domum & hortum Nobiliũ: Libripendium: Armamentarium: Molam pulcherrimam in Rada flumine,

mine, decem & octo rotis circumactam: granaria: extra civitatem verò Cœnobium Olive, & milliari uno Dantiſco, Weiſſelmundam.

ITER XIX.

Auguſtâ Regismontem Boruſſiæ & Rigam Livoniæ.

Urb. DANTZIG. de quo itinere hucuſque, modò dictum eſt.

P. Botzlaff. 1½. mill.

P. Maior Liechtenaw. 3.

Urb. MARIENBVRG. vel Margenburg. Quondam ſedes propria Magnorũ Ordinis Magiſtrorum, hoc verò tempore ſubiecta Regi Poloniæ: in qua præcipuè viſu digna eſt Arx magnificentiſſima.

Urbs ELBINGEN. 4. mill. Boruſſiæ civitas, ſubdita quoque eidem Regi, in qua templum ſummum, Collegium, Curiæ: libripendium: do-

mus Nobilium & horti, granaria vel Sitophylacia, &c. viſu digna ſunt.

P. KONIGSDORF. 1. & dimid. mill.

Urb. FRAWENBERG. 3. mill. Urbs Boruſſiæ Epiſcopalis, ubi Templum Epiſcopale ſpectatu dignum.

Urb. HEILIGENPEIL. 1.

P. Schila. 2. & dimid. mill.

Urb. BRANDEBVRG. 1. & dimid. mill. Arcem habet, & dominum agnoſcit Electorem Brandeburgenſem, utpote Boruſſiæ Ducem.

Urb. MONS REGIVS, vulgò Konigſperg. 2. & dimid. mill. Summa 22. & dimid. Quidam habent 23. nõnulli, qui breviore via proficiſcuntur. 22. milliaria. A quis qui vehuntur ſeu flumine. 24. mill. numerant. Quidam Dantiſco, terrâ Stutthofium Dantiſcanorum peramœnum Refectorium, 5. mill. Mari porrò, per Elbingenſe & Konigſpergenſe, 3. mill. Pilaviam, in qua Rex Suecorum illo tempore ſtativa habebat ſua, iuxta

Bran-

Brandeburgum modo dictum præternavigavit & Regium montem pervenit 11. milliar. Hinc digreſſus per mare dictum (uber das Haf) ad pagum quendam uſque in Nerung (*ſilva hæc eſt aquis undiquaque circumflua*) 14. milliaria. Illinc terra, iuxta littus maris Dantiſcum. 6. milliaribus vectus. Eſt verò ſuprà dicta Urbs Caput partis Ducalis in Boruſſia, feudum Regis Poloniæ, & Electoris Brandeburgici, ſiquidem in regione verſetur, ſedes: diviſa, exceptis ſuburbijs, in tria ſuburbia: inibique ſpectatu maximè digna ſunt, Templũ civitatis veteris: templum Epiſcopale: Arx Principis: Academiæ collegia: Noſocomium illuſtre: domus auguſta Nobilium, &c.

Hinc Arx Labian. 6. mill. ad fluviũ Deme & proxima Curico mari: quò navigatur milliar. 12. ad urbem MEMMEL.

Nonnulli ab hac veniunt Schwẽzel vel Schrenzel 3. mill. ubi navibus

conſcenſis per mare illud navigant Bulcapen. 5. mill. Hinc 8. milliaria reliqua ſunt Konigſpergam uſque. Unde 16. milliaria tantùm intra duas haſce civitates quidam numerant: terrâ autem propter flumina 18. numerantur. Eſt Memmelia cum arce munitiſſima, Electori Brandeburgico Duci nimirum Pruſſiæ, ſubiecta.

P. Watzau, 6. mill. in Samogitia, Polonici Imperij.

Haffshof. 6.

Badarn, in Tabula quadam Chorographica Zagern. 4. mill. Imperij Polonici.

Frawenberg. 7. mill. ubi Arx eſt, Ducis Curlandiæ.

P. Dublin. in Tab. Chor. Doblin. 7. mill.

In Atlante Ianſonij hic locus appellatur Arx Semigalliæ, ſed paret Principi Curlandico. Helvaderus Doblinum, urbem vocat Semigalliæ.

Urbs MITAV. Mitovia 3. mill. Sedes

des hic eſt Ducis Curlandiæ & Semigalliæ, ad fluvium Muſſam.

Urbs RIGA. 6.mill. ad Dunam fluvium ſtructa, olim Archiepiſcopalis, poſtea regia Polonica Civitas fuit. Nunc ſubiecta eſt imperio Regis Suecorum & Caput exiſtimatur totius Livoniæ.

ITER XX.

Auguſtâ Vratiſlaviam Sileſiæ, VVarſoviam Poloniæ & Vilnam Lithuaniæ.

Urbs PRAGA. de qua ſuprà Itinere ſeptimo.

Vic. Nedſſiza.3.mill.

Urbs NYMBVRG; vulgò, ſed malè appellata Limburg.3.mill.

Vic. Biſchofs vel Biſchowe. 4. mill.

Ur.& Arx SMIRSCHIZ.4.mill.

Ur. IAROMIR. 1. una civitatum Reginæ Bohemiæ.

Ur. NACHOD. 2. mill. in finibus Glazenſibus.

Ur. LEWIN. 1. mill. magn. in ipſo Comitatu Glazenſi.

Urbs REINHERZ, etiam un. mill. magno.

Urbs GLATZ. 3. mill. parvis. Vulgò Pragâ huc uſque numerantur 21. mill. Eſt hęc Civitas caput huius Comitatus, in qua viſu digna ſunt Templum Colleg. Arx egregiè munita & Curia elegans.

Urbs WARTA. 1. & dimid. mill. in ipſa Sileſia.

Ur. FRANKENSTEIN. 1. & dimid. mill.

Ur. NYMPTSCH. 2, & dimid. mill.

Urbs URATISLAVIA. Caput totius Sileſiæ, in qua ſpectatu digna ſunt, Templum Epiſcopale S. Ioannis in Inſula, extra urbem atq; trans Oderam: In ipſa verò civitate Templum S. Eliſabethæ, cum Schola: S. Mariæ Magdalenæ cum Schola & Biblio-

bliotheca, atque templa plura alia; item Arx regia ad Oderam: Curia magnifici operis, Armamentaria & Sitophylacia: Libripendium, Domus mercatoria, Aquæductus & id genus alia.

Urbs OLS. 4. mill. parvis: in qua S. Ioannis, Mariæ & templa alia: Colſegium ſeu Schola: Arx Principalis, in qua Duces Münſterbergenſes (quorum ſtirps maſculei generis, iam extincta eſt) quondam ſedem habuerunt: Præpoſitura; & Curia, &c. videnda. Hoc tempore civitas & Principatus eſt Domini Sylvij, Ducis Wurtenbergiæ, matrimonio ad ipſum devolutus.

Ur. KOBELGVRA. 4½. vel 5. mill. in finib. Poloniæ, ad Principatum Olſenſem pertinens.

Ur. BRABAV. 5. Hulſius tantùm 3. ponit mill. Urbs Poloniæ ad flumen Prauſna.

Urbs WARTA. ad flumen Warta in Polonia maiore 4. vel 5. mill.

V. LANZIZ. etiam in Polon. maior. ad flumen Bſura condita 5. mill.

Hulſius modò dictus, ad Vnienow 4. atque illinc huc uſque etiam 4. ponit milliaria.

Hinc per Vicum Sebota vel Sobata ad

Urb. LOWICZ. in Maſovia, ad amnem prius dictum Pſura. Sæpè nominatus Hulſius ad Piateck 2. Sobota. 2. & Lowicz. 5. Sum. 9. mill. numerat. Sedes hæc eſt Archiepiſcopi Gneſenſis: & viſu digna ſunt Templa quędam aliaque ędificia plurima inſignia. Hinc per

Vic. Szachiſchowa, à nonnullis Sochaczow dictum, mediaque via ſitum, ad

Urb. BLONIE. 8. vel 9. mill.

Urbs WARSAV vel WARSCHAV. 4. mill. in Maſuren vel Maſovia ſita, in qua plerunque Conventus ſeu Comitia Regni aguntur: ibique videnda occurrunt: templum Epiſcopale & alia: Diæta ſive Aula Regis, Hortus & Arx.

Urbs CAMIENIECZ. ad Bugam flumen & in Maſovia ſita. 10. mill.

Urb. OSTROW. 7. mill.

Ur. KRZEMIEN. 6. mill. ad Bugam, fluvium Volhiniæ.

Ur. NAREVV. ad flumen NAREVV. in Podlachia. 7. mill.

Vic. vel Urb. GRINKI. 6. vel 7. in in ipſa Lithuania ſita.

Ur. ODZIELSKO. 3. mill.

Ur. GRODNO. 5. mill. Urbs præcipua Lithuaniæ ad flumen Niemen: ubi Arx regia in monte ſita: domus regia, Curia & Equile digna ſunt, ut ſpectentur.

Ur. WOLKINIKI. ad flumen Merecz. 10. mill. Nonnulli plura numerant.

V. RVDNIKII. 3. vel 4. mill. non procul à flumine modò dicto Merecz.

Urbs VILNA. vel die Wilde. 3. aut 4. mill. Caput Ducatus magni Lithuaniæ, Regi Poloniæ ſubiecta: in qua viſu digna ſunt, Templũ Epiſcopale S. Stanislai; Cœnobiũ Bernhardino-

dinorum: Collegia Jeſuitarum: Tēplum Græcorum: Arx regia inferior & ſuperior, vel Palatium & Caſtellum: Armamentarium: Domus Ruſſica: Cancellaria: Domus Teutonica: Aula Epiſcopi: Aula Weywodę & Curia.

ITER XXI.

Auguſtâ Craçoviam Poloniæ.

Urb. GLATZ; quo de loco & itinere illuc uſque in Itinere proximè præcedente.

Hinc per Neideck & montem S. Ioannis.

Urb. ZIEGENHALS 7. vel 8. mill. Oppidum eſt in Grodtkau & Principatu Neiſſenſi, ad Bielam fluvium ſita.

Urb. GLOGOVIA minor 4. vel 5. mill.

Quidam Glogoviâ proficiſcuntur per montana, dicta, aſinus aureus (der

(der gulden Eſel,) ad oppidum Reichenſtein 2. & d mid. mill. Hinc ad Epiſcopalem Uratislavienſem ſedem NEISSE. 4. Inde ad oppidum ZVLCH. 3. & porrò ad hanc vel inferiorem vel ſuperiorem Glogoviam, in Ducatu Oppolienſi ad flumen Brudnig ſitam. 2. mill.

Urbs COSLA vel KOSEL. 3. ad 4. in Principatu Sileſiaco Oppelienſi, iuxta Oderam, arcem habens munitam.

Urbs PILHOWITZ, vel BILITZ. 4. mill. in Principatu Sileſiæ Rattiborienſi.

Urbs BENSCHIN vel BENTSCHIN, ad quam quidam 5. Tabulæ verò Chorographicæ 6. & dimid. vel 7. mill. numerant, ſita eſt in finib. Sileſiæ, ſed in Polonia minore ipſa, ad fluvium Brendniz.

Urbs SCHLAKA. vel SLAVKOW. etiam in Polonia. 3. vel 3. & dimid. mill. Quidam ex ſupradicta urbe Coſla proficiſcuntur urbem

BEV-

BEVTHEN, in Oppolienſi Principatu 7. atque illinc ad Schlaka. 5. mill.

Schedliz 5. vel oppidum, vel vicus fuerit.

Urbs CRAKAW. 3. vel 4. Schlakâ n. per oppidum Ilkuſch 7. milliaria Gracoviam numerantur.

Vel:

Proficiſcuntur Auguſtâ Ratisbonam. de quo ſupr. Itin. VI. Atque hinc eſt

Vic. Thonawſtauf. 1.

Arx Falckenſtain, munita & Hasalngiorum D. eſſe dicitur.

Urbs CHAM. 2. mill. magna, pro quibus tantùm. 1½. quidam notat. Vulgo ſeptem numerantur Ratisbona huc uſque. Refertur ad Palatinatum ſuperiorem; quanquam cum adjacente regiuncula peculiarem Comitatum conſtituit.

Urbs FVRT. 2. Oppidum Bavariæ inferioris, propè Palatinatum ſuperiorem & verſus ſilvam Bohemicam,

ad flumen Champ.ſita. Quidam 2½. milliaria Chamo huc uſque numerat.

P.Schachten.In nonnullis Tabulis Schlachten. 1½. mill.

Urbs vel Vic.TEINZ.vel Teiniz. 3.miil.

Urbs GLATAV.4.mill.Urbs Bohemiæ regia.

Urbs vel Vic. & Arx GRVNBERG.2.

Vic.Bielcziz.2.

Arx Orlik, vulgò Worlik.in monte ſita ad Muldaviam. 2½.mill.

Urbs TABOR.4. Præcipua & benè munita Civitas regia Bohemiæ, in qua perelegans templum conſpicitur.

Ur.vel Vic.Patzow.2½.mill.

Ur.HYMPOLETZ.2½.mill.

Ur. TEVTSCHENBROD. 2. mill.magn. non procul à finibus Moraviæ.

Ur. NEVSTATLEIN. 4. mill. magn. in Moravia, alia ab illa, quæ eſt prope Eulenberg, itidem Moraviæ ſubiecta.

Ur. vel Vic. BVSTRITZ. 2.

Ur. vel Vic. KVNSTATT. 2. mill. Arcem habet in monte ſitam.

Ur. & Arx BOSKOWITZ. 1. vel 1. & dimid. mill.

V. KOSTELEZ. 2. mill. magna.

Urbs OLOMVTIVM, 2. m. parvis. Caput & Epiſcopalis Civitas totius Moraviæ, ad flumen primarium regionis, Moravâ condita: in qua viſu digna ſunt inprimis. Templum Epiſcopale: Collegium Jeſuitarum: Aula Epiſcopi: Decani ædes: domus auguſta Ordinum Moraviæ, Curia & forum elegantiſſimum.

P. Fiſtritz, ad fluvium eodem nomine appellatum. 1.

Ur. LIPNICK. ad flum. Beczwa. $2\frac{1}{2}$. mill.

Ur. WEISSKVRCH vel Hranice. 1. mill. magn.

Ur. NEWTITSCHEIN, Bohemice Gitcin. (Gitſchin) 2. mill. magn.

Ur. OSTRA. 4. mill. communia.

Urbs

Urbs limitanea verſus Sileſiam. In ulteriore n. fluminis Oſtrawiz ripa, Arx Oſtra Polonica, ad Sileſiam refertur.

Ur. FREYSTATTLEIN. 2. in Principatu Sileſiaco Teſchinenſi.

Ur. STRVMEN, vel Schwartzwaſſer, etiam in Teſchin. territorio. 2.

Urbs & Arx PLESS vel Pſczina 2. mill. ad Viſtulam (Weixel) & finibus Poloniæ minoris: ſubiecta v. cum libero dominatu, Sileſię & DD. de Promnitz.

Urbs OSSWIECZIN. vel Oſswenzin 3. vel 3. & dimid. mill. Alius quidam numerat. 4¾. Polonica mill. Germanicis breviora. Caput eſt Ducatus Polonici, qui ab ea denominatur; quamque Germani AVSCHWITZ vocant, ſita iuxta Viſtulam.

Ur. vel Vic. LIPOWITZ vel LIPOWIECZ. 2. mill.

Urbs

Urbs HERSFELD, vel, Hirſchfeld.2. Condita in ripa Fuldæ amnis, & Caput Abbatiæ, eiuſdem nominis, hoc tempore, vigore Pacis conſtitutæ cum Præpoſitura Gellingen Principi Haſſiæ Caſſellano ſubiecta. In hac operæ precium fiet ſpectando, artificioſiſſimam Monaſterij ſtructuram, ſedem Principalem, templum parochiale & Curiam.

Ur. ROTENBVRG.3. mill. cōmun. verùm non tot Haſſiacis, quæ cæteris longiora ſunt. Eſt hic Arx & Præfectura, ſubiecta hodie Dn. Hermanno Haſſiæ Landgravio, qui ſedem hic habet: In Arce videre licet templum & Aulam elegantiſſimam: in urbe verò templum Collegiale.

Cœnobium, ZVR HEIDE.2. parvis milliar. Principis Haſſiæ.

Pag. Wollerode.2.

Urbs CASSELLÆ.2. mill. Quidam 6. alius 5½. milliaria Rotenburgo huc numeravit.

Ur. LIEBENAVV. vel LIEVENOVV.

NOW. 3. mill. vel 4. aut 5. pro locorum diverſitate. Eſt oppidulum parvum Haſſiæ inferioris ad fluviũ Diemel & fines Baderbornenſes.

Urb. BRAKEL. 4. mill. Epiſcopatus Baderbornenſis, ad Netum fluvium.

Urb. NIEM. $1\frac{1}{2}$. mill. itidem Baderborn. Epiſcopatus.

Urb. HORN. 2. & dimid. mill. in Comitatu Lipſienſi ad Sylvam Teutoburgenſem.

Urb. LEMGOVV. 2. in eodem Comitatu Lipſienſi Weſtphalico, fœderis Hanſeatici. Hinc per oppidulum

VLOTE vel Vlothowe, Ducatus Ravenſpergenſis, ad

Urb. MINDEN. 4. vel 5. milliar. In hac optimè munita urbe, ad Viſurgim (Weeſer) ſita, quæ Caput eſt Epiſcopatus Mindenſis, viſu dignum eſt templum Epiſcopale & Ædes ſacræ aliæ.

Arx Vcht. 3. in Comitatu Hoyenſi; quæ

ſi: quæ tamen poſt fata Comitum ab Hoia, ad Landgraviatum Haſſiæ devoluta eſt.

Urb. BARENBURG. 3. mill. Eſt & hæc Comitatus Hoyenſis, hodie tamen Principibus Brunſvicenſibus ſubiecta. Nonnulli à Minda ad Vcht, numerant 3. & dimid. & illinc uſque huc 2. vel 3. milliaria. Eſt qui 1. & dimid. ſed magna milliaria notat.

Cœnobium Barſem. 3. mill.

Urb. BREMA. 2. 1. & dimid. vel 3. mill. pro varia & diverſa locorum & ſpaciorum dimenſione. In hac urbe, quæ caput eſt Epiſcopatus huius & ſacri Imperij Romani, ad Viſurgim ſita, præcipuè ſpectari poſſunt, Templum Epiſcopale. 4. templa parochialia: Curia: domus mercatoria: Armamentarium: Telonium, Collegium, Granaria, Pharmacopolia & Cella vinaria Magiſtratus, &c.

ITER XXIII.

Auguſtâ Eipbekum, Hannoveram, Hamburgum & loca quædam Holſatiæ, Slesvvici & Iutlandiæ.

Urbs CASSELLÆ ; quò via ducens, in proximè præcedenti itinere oſtenſa eſt. Hinc

Urb. MVNDA. 2. mill. quanquã nonnulli. 3. numerent. Ducis Brunſvicenſis, ad quam confluxus eſt Werræ & Fuldæ amnium, & novum Viſurgis nomen ſortiuntur. Arcem habet hæc urbs.

Urb. MORVNGEN. 3. vel 4. mill. ad Silvam Sollingenſem & in Ducatu Brunſvicenſi.

Urb. EINBECCVM. 2. ut Leznerus notat: quanquam alij, qui Arcem & Cœnobium Sacratarum virginum Catelnburg, petunt, plura ponant.

Hulſius habet $6\frac{1}{2}$. mill. ab Einbecko per Northeim, Norten & Gottingen, Mundam. Eſt Urbs Ducatus Brunſwicenſis, in qua ſpectabile eſt templum S. Alexandri ſive Monaſterium.

Urb. ALEFELD. iuxta Leinam $3\frac{1}{2}$. olim Epiſcopatus Hildesheimenſis; nunc verò Brunſvicenſis.

Urbs GRVNAW. 2. mill. olim Epiſcopi Hildesheimēſis, nunc Brunſvicenſis.

Urb. ELTZE. iuxta Salam, in Epiſcopatu Hildesheim: nunc etiam Ducis Brunſvicenſis.

Urb. PATENSEN. 2. mill. Saxonica vel 3. communia. Germ. Arcem habet & eſt Ducis Brunſvicenſis.

Urbs HANOVERA. 1. mill. perelegans, in qua Dux Chriſtianus Ludovicus Brunſvicenſis & Luneburgenſis ſedem aulicam annis proximè ſuperioribus habuit, hodie verò, eius domino fratri Duci Georgio Wilhelmo ſubiecta eſt.

P. Iſern-

P. Iſernhagen $1\frac{1}{4}$. mill. Ducatus Luneburgici.

P. ſeu Vic. Wickenborg. 3. mill. Quidam Hanovera huc uſque numerat $4\frac{1}{2}$. mill.

Vic. Bergen. in ſilva Bergana, 3. vel 4. mill.

Urbs SOLTOW. $3\frac{1}{2}$. vel 4. mill. Hinc per Campum Soltoenſem

P. Haferbeck. $2\frac{1}{4}$. Quidam ponit 3. Milliaria n. Saxonica ſunt longiora communibus Germanicis.

P. Ieſterbork. $2\frac{1}{4}$. vel etiam. 3. mill.

Urbs HARBVRG. $2\frac{1}{2}$. mill, in Arce huius urbis olim fuit ſedes Aulica Principum Luneburgenſium.

Hinc trans Albim, ad

HAMBVRGVM. $1\frac{1}{4}$. vel 1. & dimid. mill.

Vel Auguſtâ iter ſuſcipitur

Urb. THONAWERT. 6.

Arc. HARBVRG. 1. mill. de quo ſuprà.

P. Alerheim $1\frac{1}{2}$. vel ad pagum Al-

lernheim. 2. & dimid. Comitis Oetingani: quo loco prælium cruentum & funeſtum, an. 1645. commiſſum fuit.

Urb. OETINGA, Rhetiæ. 3. mill. ab Alerheim & ad 1¼. mill. à dicto Allernheim, ſita: in cuius arce hoc tempore Dominus Comes ab Oetingen Ioachimus Erneſtus ſedem ſuam habet.

Arx Schillingsfurſt. 3. de quo infrà Itinere Francofurto Onoldspachium.

Arx & Pag. FIRNSPERG. 3. mill. Magiſtri Ordinis Teutonici.

Urb. WINSHEIM. 3. ſita eſt ad Aiſch, & S. Rom. Imperij.

P. Landſperg. 1. mill.

Vic. Brait, vel Marckbrait 1. & dimid. in ripa Mœni, eſtque vicus muris cinctus & clauſus: cuius pars dimidia Nobilibus à Seckendorf, altera verò pars ante hac Nobb. à Seinsheim, hodie Domino Ioanni Adolpho Comiti à Swarzenberg, domino in Hohen Landſperg, ut fama fert, ſubiecta.

Ur.

Ur. KITZING. 1. mill. parvo, de quo infrà.

Ur. VOLKACH. 2. mill. Epiſcopatus Wurzburg. habetque præfecturam.

Urb. SCHWEINFVRTVM. 3. mill. Urbs Imperialis probè munita condita in ripa Mœni; in qua Templum primarium & Curia viſu digna ſunt: itemque pons lapideus elegans, quo Mœnus iungitur.

P. Raudigen. 1. mill.

P. Tundorf. 1$\frac{1}{4}$.

Cœnobium Frawenradt. 2. & dimid. vel 3. mill. in Epiſcopatu Wurzburgenſi.

Urb. FLADINGEN. vel Fladungen. 3. vel 3. & dimid. mill. ſita eſt ad flumen Stray: habet Præfecturam & ſubiecta Epiſcopo Herbipolenſi.

P. Dermbach in Henneberg 3. mill.

Urb. VACH. 2. Ad Werram fluvium in Haſſia inferiore.

Urbs ESCHVVEGE. 4. mill. Eſt qui 6. numeret Nam Haſſiacæ cum

Germanicis milJ. comparata, longiora ſunt.

Urb. ALLENDORF. ad Werram fluvium 2. mill. inferioris Haſſiæ, celebris propter Salis coctùram.

Arx Gleichen. 2. vel $2\frac{1}{2}$. mill. Haſſiæ inferioris.

Urbs GOTTINGEN. 1. mill. Principis Brunſvicenſis iuxta Leinam.

Urbs NORTHEN. etiam ad ripam Leinæ & Brunoſvicenſis.

Urbs NORTHEIM. 1. mill. de qua ſuprà N. 13.

Ur. EINBEKE. 2.

Ur. GANDERSHEIM. 2. In qua Collegium Virginum ſacratarum illuſtre, liberum & ſeculare: ad quod ipſa quoque urbs ſpectat.

Arx Winzenburg $1\frac{3}{4}$. mill. Epiſcopatus Hildeſiani.

P. Sellenſtette. $1\frac{1}{2}$. mill.

Cœnob. Marienrode. $1\frac{3}{4}$. mill. in modò dicto Epiſcopatu.

Urbs HILDESHEIM. 1. Caput

dicti

dicti Epiſcopatus, & iuxta quoque Civitas Hanſeatica: in qua ſpectatu digna ſunt, Templum Epiſcopale, templum S. Cæciliæ & alia. Collegium item Jeſuitarum & Curia.

P. KLAVM. 1½. mill. in Heldeſiano Epiſcopatu.

Urbs BORCHDORF, vel BORCDORP, Burgdorf. 2. & dimid. mill. in Ducatu Luneburgenſi, ad fluviolum Awe.

V. CELLA, vel ZELL. 3 mill. Eſt hæc ſedes Illuſtr. Dn. Chriſtiani Ludovici Brunſwicenſis & Luneburgenſis: cuius Arx, ut & diſtincta Principum Conditoria gentilitia, viſu admodum digna ſunt.

P. Luterlohe, in quo Lotharius II. in caſa quadam Ruſticana natus eſt. 3. mill.

P. Munſter. 3. mill.

P. Amelkuſen. 2¼. mill.

Urbs WINSEN. 3. mill. ſita eſt ad Luham, modò dicti Ducatus Luneburgenſis, arcem habens firmiſſimã.

Germanicis millj. comparata, longiora ſunt.

Urb. ALLENDORF. ad Werram fluvium 2. mill. inferioris Haſſiæ, celebris propter Salis cocturam.

Arx Gleichen. 2. vel 2½. mill. Haſſiæ inferioris.

Urbs GOTTINGEN. 1. mill. Principis Brunſvicenſis iuxta Leinam.

Urbs NORTHEN. etiam ad ripam Leinæ & Brunoſvicenſis.

Urbs NORTHEIM. 1. mill. de qua ſuprà N. 13.

Ur. EINBEKE. 2.

Ur. GANDERSHEIM. 2. In qua Collegium Virginum ſacratarum illuſtre, liberum & ſeculare: ad quod ipſa quoque urbs ſpectat.

Arx Winzenburg 1¾. mill. Epiſcopatus Hildeſiani.

P. Sellenſtette. 1½. mill.

Cœnob. Marienrode. 1¾. mill. in modò dicto Epiſcopatu.

Urbs HILDESHEIM. 1. Caput dicti

dicti Epiſcopatus, & iuxta quoque Civitas Hanſeatica: in qua ſpectatu digna ſunt, Templum Epiſcopale, templum S. Cæciliæ & alia. Collegium item Jeſuitarum & Curia.

P. KLAVM. $1\frac{1}{2}$. mill. in Heldeſiano Epiſcopatu.

Urbs BORCHDORF, vel BORCDORP, Burgdorf. 2. & dimid. mill. in Ducatu Luneburgenſi, ad fluviolum Awe.

V. CELLA, vel ZELL. 3 mill. Eſt hæc ſedes Illuſtr. Dn. Chriſtiani Ludovici Brunſwicenſis & Luneburgenſis: cuius Arx, ut & diſtincta Principum Conditoria gentilitia, viſu admodum digna ſunt.

P. Luterlohe, in quo Lotharius II. in caſa quadam Ruſticana natus eſt. 3. mill.

P. Munſter. 3. mill.

P. Amelkuſen. $2\frac{1}{4}$. mill.

Urbs WINSEN. 3. mill. ſita eſt ad Luham; modò dicti Ducatus Luneburgenſis, arcem habens firmiſſimã.

Urbs HAMBVRGVM. 4. mill. Princeps & illuſtris Hanſeatica, & tamen certis conditionibus Imperium Holſaticum agnoſcit: ſpectatu hic digna ſunt, Templum D. Petri ſive Epiſcopale: S. Iacobi: S. Catharinæ: S. Nicolai & Sancti Michaelis: diverſa item Cœnobia, Xenodochia, Noſocomia & inter ea quoque Orphanotropheum: Collegium: Ergaſterium & Decoctorum & malè conciliatorum Cataſta: Curia: Prytaneum & ædificia publica alia.

Hinc diſcedentibus ſeſe offerunt

Arx. Pinnenberg 2. & dimid: in Stormaria, quondam Comitum à Schauenburg, quorum familia iam expiravit: nunc verò probè munitum hoc Caſtrum, unà cum territorio omni Regi Daniæ ſubiectum.

V. IETZEHO. 3. & dimid. mill. in STORMARIA, ad fluvium Stor, etiam Regis Daniæ.

Urb. VVILSTER. 1. & dimid. mill. vel 2. Paret cum univerſa regiuncula

uncula VVilſtermarſch vel Marſch-landia Regi Daniæ.

Vic. ſeu P. Bruusbutel. 2. mill. nonnulli oppidulum vocant.

Hic incipit Dietmarſia.

Urbs MELDORP, vel Meldorf. 4. mill. in dicta Dietmarſia; quæ regio ſic diviſa eſt, ut pars eius meridionalis, in qua etiam eſt Meldorf, Daniæ Regi: pars 2. Septentrionalis, Friderico, Holſatiæ Principi in Gottorf, pateat.

Urbs HEIDE. 2 mill. Quod oppidulum D. Fridericum modò nominatum, Dn. agnoſcit.

Atque ſic quidem non-nemo viam cum milliar. Hamburgo huc uſque notavit. Matthæus Quade verò dicit, Meldorf, quam ille vicum appellat, à Crempa 5. Izeho 4. VVilſter 3. Rendesburg 6: & vico Heide 1. tantùm diſtare: & hunc ab Izeho 5. & Rensburgo. 5. mill. abeſſe.

P. Haſenbuttel. 2.

Vic. Lunden. 2. & dimid. Quidam à Heide 3. numerat. Eſt hic locus Dietmarſicus, etiam Principis Holſatiæ.

Urb. TONNINGEN. 1. ſita in Eyderſtatt, & ſubiacet unà cum Arce, Gottorfio.

Urbs HVSVM. 2. vel 3. mill. in Ducatu Sleſivicenſi, ad fluviũ Hever. 4. mill. à Gottorf. quò etiam unà cum arce elegantiſſima refertur.

Urbs TVNDEREN. 6. mill. ſita quoque eſt in Ducatu Slesvicenſi vel in Iutlandia meridionali, ad Oceanum Occiduum: ſubiecta æquè atque alię Illuſtriſs. Dn. Friderico, Holſatiæ & Sleswici Principi.

Urbs RIPEN. 6. mill. celeberrima & regia Danica Civitas in Iutlandia Septentrionali, ad mare Britannicum & proximè Iudlandiam Meridionalem. Epiſcopum habet, perfluitque eam limpidiſſimus ſeu liquidiſſimus fluvius Nipſaa, tribus diſtinctis urbis locis.

Quii

Qui Hamburgo Coldingam petunt, ſic proficiſci ſolent.

P. Elſted. 2. mill.

P. Hege. 3.

Vic. Reſtorp. 3.

P. Geveſtede. 4½. mill.

Urb. RENSBVRG. Rendesburg. Reinholdsburg. 2. mill. Hoc Holſaticum, in finibus Ducatus Slesvici & Eyderæ ſitum Oppidum Regis eſt Daniæ, ceu Ducis Holſatiæ & Sleſwici.

Urbs SLESWIK. 4. mill. parvis. Quidam refert Stormaros & Dietmarſos à leva relinqui & Hamburgo perveniri, Fuhlbuttel, Bramſtede Neumunſter & tandem huc Sleſvicum. Fuit olim & Epiſcopalis & Principalis ſimul Civitas. Hodie ſubiecta eſt Dn. Friderico, Duci Holſatiæ: qui in arce proxima Gottorf ſedem ſuam habet. Sunt equidem in ea adhuc Canonici: atque beneficia à rege Daniæ & principe modò dicto, diſtribuuntur. Sunt ſpectatu admo-

dum hîc digna, Templum Epiſcopale & Cœnobium Virginum nobilium, & modò antea dicta Arx pulcherrima, elegantiſſima munitiſſimaque.

Urb. FLENSBVRG. 4. mill. in Iutlandia Meridionali, ſubiecta Regi Daniæ, in qua viſu dignum eſt templum S. Ioannis.

Ur. APENRADE. 4. mill. in Iutlãdia meridionali ſeu Ducatu Sleſvicẽſi.

Ur. HADERSLEBEN. $3\frac{1}{2}$. vel 4. mill. Alius quidam 6. mill. Flensburgo huc uſque numerat. Agnoſcit hæc urbs imperium Regis Daniæ, habuitque olim magnificentiſſimam, nunc verò in cineres redactam & non procul ab urbe diſſitam Arcẽ Hãsburg. In urbe ſpectabile eſt templum Collegiale.

Ur. COLDINGEN. 4. mill. Celeberrima hęc eſt Iutlandiæ meridionalis civitas, condita ex oppoſito Inſulæ Fioniæ, ubi terminus eſt utriuſq; Iutlandiæ. Eſt hic vectigal regiũ ampliſs. propter Equos & Boves, qui maxi-

maximo numero per pontem in Holſatiam & ad Albim aguntur. Arx, quæ civitati imminet, Arnsburg vocatur.

Qui KIELÆ, & EKELNFORT, vel Segebergæ & Ploen, quod agat, habet, ille Hamburgo venit

Urb. ALTENBVRG, vel Oldenburg. 4. mill. Fuit hęc quondam Epiſcopalis Civitas, anteq. Epiſcopatus Lubecam translatus fuit, in Wagria ſita, ſed hodie inſtar pagi.

Vic. BRAMSTEDE. 2. celebris vicus Holſatiæ.

V. NIEMVNSTER, vel NEVMVNSTER. Holſatiæ, & Principi Friderico Gottorfenſi ſubiecta.

V. KIEL. 4. aut 5. mill. in Holſatia, in ſinu Oceani Orientalis, ubi portus eſt navium, qui viſu dignus eſt, ſicut & templum parochiale, Cœnobium Franciſcanorum, Arx & Curia.

Urbs EKELENFORT. 3. vel 4. mill. in Ducatu Slesvicenſi, ad Oceanum Orient; refertur ad Gottorf.

Sege-

Segebergam Hamburgo 7. atque hinc ad Ploen vel Plone 4. milliaria numerantur; quarum vrbium prima Regi Daniæ, altera Dn. Friderico, Holſatiæ Duci, &c. ſubiecta eſt.

ITER XXIV.

Auguſtâ, ROSTOCHIVM, in Ducatum Megapolitanum.

Arx & Urbs MANSFELD. de qua ſuprà Itinere XV. Hinc petitur

Ur. ASCHERSLEBEN. Aſcania. 2. mill. Quidam pro Kupferberg & Frekleben 3. mill. Subiecta eſt Epiſcopatui Halberſtadienſi & tamen peculiaribus utitur privilegijs & iuribus;

V. STASFVRT. 3. mill. vid. ſuprà Iter. 16.

P. FROLEBEN. 2. mill.

Urbs MAGDEBVRGVM. 1. de qua ſuprà N. 16. Hulſius Mansfeldiâ Stas-

Stasfurtum 2. tantùm atque inde Magdeburgum 4. numerat. Sed non rarò errat.

P. Barleben. 1.

Ur. WOLMERSTEDT. 1. Epiſc. Magdeburgenſis: ante incendium, anni 1642. Arcem habuit.

P. Borchſtal. 1½.

V. GARDLEBEN. 2½. quidam Wolmerſtedio. 5. huc uſque numerat. Paret Marchioni Brandeburgico, ſita in Marchia Veteri, celebris admodum nomine cereviſiæ optimę, quæ ibid. coquitur.

Ur. BISSMARCKT. 1. & dimid. mill. Etiam Marchiæ veteris, ad flumen BISE.

V. OSTERBVRG. 3. mill. ad modò dictum fluvium, qui hic ad Vchtam confluit, atque in dicta regione ſita eſt.

Urbs SEEHAVSEN. 1½. vel 1¾. Vulgo numerantur Magdeburgo huc uſque 12. milliar. Brandeburgica, quæ milliar. communibus Germani-

cis longiora ſunt. Sita eſt hæc quoque in Marchia veteri, ad flumen VCHT, quæ patria fuit celebris illius præſtigiatoris atque Erronis, Sepuſij dicti.

Urb. WITTEBERGA. 2. & dimid. vel 5. mill. Sita eſt in Prignizio ad Albim, à qua DD. à Putliz denominantur: At verò territorium Prignizenſe eſt Marchionis Brandeburgenſis.

Urb. PERLEBERG. 1. & dimid. mill. ibidem ad Steptenizium, Marchionis Brandeburgenſis.

P. Sangewald. 3. & dimid. mill.

Urbs PLAVEN. 4. & dimid. Quidam à Perleberg hucuſque 7. tantum habet milliaria. In Ducatu Megapolitano, ad Albim & Lacum Plauenſem.

Urb. KRAKAW. 3. etiam Ducis Megapolitani, ad Lacum Krakavienſem, habens præfecturam.

Urb. GVSTROVV. 2. & dimid. mill. Domini Guſtavi Adolphi, Ducis Megapolitani; in qua Arx, Aulæ

Principis & Templum primarium, ſpectatu digna ſunt.

Urbs SCHWAN. 2. & dimid. vel 2. mill. magn. Ducis Megapolitani.

Urb. ROSTOK. 2. Vulgò quatuor à Guſtrow huc uſque milliaria numerantur. vel, Auguſtâ

P. Kreit. 2. mill.

Cœnob. Fultenbach. 1¾. mill. Monachorum, prope Zuſam fluvium, in Marchionatu Burgavienſi.

Urbs LAVGINGIACVM. 2. m. Vulgò huc uſque Auguſtâ numerantur 6. mill. Civitas eſt elegans in Principatu Neuburgenſi, ad ripam Danubij condita: in qua templum Parochiale, Arx: turris Aulæ & molæ infrà pontem ſtructæ, ſpectatu indigna non ſunt.

Urb. GIENGA. 3. hor. vel. 2, & dimid. milliar.

Ur. HEIDENHEIM etiam 1. & dimid. mill. vel 3. horis. ad Brentium amnem ſita. Redijt nunc, impetrata pace, poſtliminio, cum elegantiſſima

arce

arce Hellēſtein ad Princip. Wurtenbergenſem.

Urbs GEMVNDA, vulgò SCHWABISCHGMVND. 4. mill. Urbs eſt Imperialis, in qua & Templa & Monaſteria viſu digna. Si petatur Ulmâ Schwabiſch Hall, tranſitus hic eſt: nempe Ulmâ Geislingam. 3. & arcem Tunzdorf. 1. Hinc iuxta arcem excelſam Hohen-Rechberg, per pagum Strasdorf Gemundam. 2. magna: Geildorfum oppid. 2½. mill. (quidam 3. numerant.) V. Hala. 2. mill. vel 3. hor. Summa. 10. mill. Ulmâ Halam. Noſtrum iter Gemundâ ducit:

Urb. SCHORNDORF. 2. mill. Urbs VVurtembergica egregiè munita in valle Ramſana.

Ur. MARBACH. 3. etiam Ducatus VVurtembergici ad Nicrum condita.

V. HEILBRVNN. 3. mill. magn. Imperialis, in qua templum primarium S. Kiliani, & celebris ille fons ſepte-

ſeptenarum fiſtularum: Curia item & alia viſu digna ſeſe offerunt.

Urbs NEWSTATT. ad KOCHAM. vel ad Tiliam magnam. 3. hor. vel $1\frac{1}{2}$. mill. Hoc tempore reſtituta Duci Wurtembergico.

Cœnobium Schonthal. 3. hor. vel $1\frac{1}{2}$. mill.

Arx & Urbs KRAVTA vel KRAVTHEIM. 1. Archiepiſcopi Moguntinenſis.

Arx & Urbs MERGENTHEIM. vulgò Mergenth. 2. Domini Magiſtri Ordinis Teutonici ſedes Ordinaria, ſita in Franconia.

Vic. Butthart. 2. mill. Epiſ. Wurtzburgenſis.

Urbs WVRZBVRG. 2. & dimid. vel 3. mill. de qua ſuprà Itin. 11.

Vic. Wipfeld, iuxta Mœnum. 3. vel $3\frac{1}{2}$. Wurzburg. Epiſc.

Urbs SCHWEINFVRT. 2. mill. de quo ſuprà Itin. 23.

Urbs LAVRINGEN. 2. Epiſcopi Wurzburgenſis. Præfecturam habet.

Urbs

Urbs KONIGSHOFEN. 2 Urbs Wurtzburgenſis munitiſſima iuxta Salam fluvium & in Grabfelden ſita.

Urbs ROMHILD. 1. mill. In Princip. Comitatu Hennebergenſi, ſpectans ad Electoralem domum Saxonicam. At Romhilden eſt Principum Altenburgenſium : ibi Templum Collegiale & Arx viſu digna ſunt.

Urbs MEININGEN. 3. etiam Comitatus Hennebergici, ad Werram fluvium, Domui Saxonicæ communis: qua de cauſa etiam gubernatio totius Comitatus hic conſtituta eſt: habetque Arcem.

Urbs SCHMALKALDEN. 3. mill. Hoc tempore Princip. Haſſiaci Caſſellani, ſpectabis ibidem Arcem & templum Collegiale.

P. Dambach. 2. mill. conditus in media ſilva Thuringica, agnoſcens ut fama fert, Princip. Weinmarienſem, vel nunc Gottanum.

Urbs

Urbs GOTHA. 2.mill. de qua ſu-
prà.Itin.13.

Arx & Urbs THONNA. 2. mill.
differentiæ cauſa BVRGTHON-
NA, hęc appellatur GRÆVEN-
THONNA, 3. mill.. Erdfurto remo-
ta, in qua Comites Gleichenſes olim
ſedem ſuam habuerunt: quibus om-
nibus extinctis, dicitur hic Comita-
tus nunc ad domum Saxonicam de-
volutus eſſe.

Urbs TENSTATT. 2. mill. ſita
in Thuringia, imperio ſubiecta Ele-
ctoris Saxonici, ad Dynaſtiam SAL-
ZA pertinens.

UrbsKINDELBRVK. 2.mill.

Ur.SANGERHAVSEN.3.mill.

ARX & Urbs MANSFELD 2.
mill.de his trib. locis, vid. ſuprà Iter
XV.

Ur.ASCHERSLEBEN. 2.de quo
ſuprà ab initio huius Itineris.

Ur. & Arx EGELN. 3.mill. Ar-
chiepiſcop. Magdeburgenſis.

Ur.MAGDEBVRGVM.4. mill.
Numerantur aliàs ab Aſchersleben

huc uſque tantùm 6. milliar. per Staſfurtum: quoniam ſupradicta Urbs Eglen (quæ vigore pacis conſtitutę, Electoris Brandeburgici eſt, ſed ab eodem ut fama fe tur Domini Ioanni Adolpho Comiti Swarzenburgico tradita) proficiſcentibus à latere ſita; ut, cui nihil in ea negotij eſt, iſtuc non ducatur.

Hinc navibus in Albi deſcenditur ad Cœnob. Iericho vel Ierichau. 6. mill. terrâ: flumine a. plura ſunt, ſpectat ad Archiepiſcop. Magdeburgenſem.

Urb. ANGERMVND. vulgò TANGERMVND vocata. 1. mill. atque ſic mill. 7. à Magdeburgo, ſita in Marchia veteri, ad Albim, ubi ſeſe Angera, fluvius exonerat.

Urbs ARNEBVRG. 2½. mill. itidem condita in ripa Albis, inq; Marchia veteri.

Urbs WERBEN. 2½. Electoralis Brandeburgica, etiam iuxta Albim

ſita,

ſita, in Marchia veteri: ubi è regione Havela flumen in Albim ſeſe exonerat.

Urbs WITTEBERG vel WITTEBORG. 2. de quo ſuprà.

Urbs DOMITZ vel DAMITZ. 8. Summa 22. milliar. Magdeburgo, ſi terrâ iter facias, ſin flumine veharis navi. 26. (ut quidam notavit) quanquam non nemo Hamburgum uſque tantùm 30. mill. numerat; quo tamen errare ipſum putatur. Eſt urbs hæc ſita in Ducatu Megapolitano, arcemque habet munitiſſimam.

Hic relicto flumine Albi, terrâ pergitur ad

Ur. ELDENA, vel ELDENAW. 2. mill. iuxta amnem Elde, itidẽ cum Præfectura in Ducatu Megapolitano.

Urbs NEVSTATT. Niluſtatt, Nieſtatt, ibid. ad Albim. 2. milliar.

Vic. ſeu Pagus Plate vel Plato: iuxta Stœram fluvium, etiam in Ducatu Megapolitano.

Urbs SCHWERIN. Swerin. 2.m. Quidam à Neuſtatt huc uſque 4. tantùm milliaria ponit. Sita eſt ad lacum Swerinenſem, in qua Dn. Adolphus Fridericus, Dux Megapolitanus ſedem habet Aulicam; Arcem complectens pulcherrimam, & templum Epiſcopale; quoniam Epiſcopatus olim hic eiuſque Adminiſtrator hactenus modò dictus Dux fuit. Sed conſtituta anno 1648. pace aliter viſum eſt.

Urb. STERNBERG. 4. mill. In hac urbe Iudicium eſt Principale Megapolitanum.

Ur. SCHWAN. 4½. mill. de qua ſuprà.

Urbs ROSTOCK. Aliàs numerãtur. 12. mill. à Schwerin huc uſque & 4. mill. Schwerino Wiſmariam. Roſtochij ſpectatu digna ſunt, Tẽplum D. Petri, S. Nicolai: Catharinæ: Mariæ: Ioannis: Iacobi: ad Spiritum Sanctum: S. Michaelis: S. Crucis; itemque diverſa Collegia Academiæ;

demiæ; quæ à Duce Megapolitano & Magiſtratu Urbis ſuſtentantur & cō-ſervantur. Curia quoque Cancellaria atque id genus ædificia alia.

ITER XXV.

Auguſtâ, HAFNIAM (Coppenhagen) Daniæ.

Urbs ROSTOCHIVM. de qua præcedenti itinere actum eſt. Hinc venitur Warnemunde. 2. vel 1½. mill. Hic Warne ſeu Varna in mare Orientale influit. Hinc navigatur ad

P. Geſſor, in Falſtria Inſula, Regi Daniæ ſubiecto. 7. milliar.

Urb. NIKOPING, in dicta Inſula 2. mill. Arcem hic habet Rex Daniæ elegantiſſimam.

Urbs WARBORG in Zeelandia 3. vel 3½. milliar.

Urbs COEGE. Koge. Coagium, 5. mill. munitiſſima, etiam in Zee, ſive

SEELANDIA ſita, celebris negotiationibus.

Urbs HAFNIA, vulgò COPENHAGEN, Kopenhaven. 4. mill. In hac, quæ totius regni Daniæ caput eſt, ſpectatu digna ſeſe offerunt: Tēplum ſummum: D. Virg. Mariæ: ad Spiritum Sanctum: Dn. Nicolai: S. Petri: Academiæ Collegia: Arx, quæ ſedes eſt Regia, inque ea templum magnificum: Armamentarium: Arſenale, ſive navium Statio: Domus Mercatorum: naves regiæ: horti regij & recreationis ædificium; D. Worms Technophylacium & res inſignes aliæ.

ITER XXVI.

Auguſtâ VVISMARIAM.

Urbs BRAVNSWEIG. de hac vide Iter XIII. Hinc occurrunt

Ur. GIFFHORN. de qua vid. Iter. XV. 4. mill.

P. Kneſebeck. 3½. mill.

P. Tiliſen. 2. & dimid.

P. No-

P. Norendorf. 4.

P. Bulow, ad Albim. 3. & dimid.

Ur. vel Vic. Hagenaw. 3. & dimid. in Comitatu Swerinenſi Megapolitano, verſus regionem Lauenburg: nomenque ab ea ſortitus eſt Campus Hagenocnſis. Nonnulli huc non perveniunt, ſed viæ compendio uſi, petunt:

Ur. WITTENBORCH, vel Wittenburg, etiam ſita in Comitatu Swerinenſi ſuprà nominato. 2. & dimid. mill.

Ur. GADEBVSCH. 2$\frac{1}{4}$. vel 2. & dimid. mill. itidem Mechelburgenſis.

P. Seefeld. 2.

Ur. WISMAR. 3. Brevior etiam Auguſtâ huc uſque via eſt, nimirum ſi petatur HALBERSTATT. de quo ſupr. Itin. XIV.

Ur. OSCHERSLEBEN. 2. vel 2. & dimid. mill. cum Præfectura in Epiſcopatu Halberſtadienſi, in finibus Magdeburgenſibus.

Arx Sommerſeeburg, $2\frac{1}{2}$. in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi.

V. HELMSTAT. 1. In hac urbe Principali Brunſvicenſi, præter templum, inprimis viſu dignum ſeſe exhibet Collegium Illuſtre novum Academiæ.

Ur. OSSFELDE. ad fluvium Allerum, in finibus Brunſvicenſibus & Magdeburgenſibus. 3. mill.

P. KLOTZE. 4. mill.

Ur. SOLTWEDEL, à multis Soltquedel, ut Germani ſuperiores loquuntur, Saltzquelle, $3\frac{1}{2}$. in Marchia Brandeburgenſi veteri, ad flumen Ietze, & finibus Lauenburgẽſibus & Luneburgenſibus.

Ur. LVCHAW. 2. mill. in Ducatu Luneburgenſi, ad dictum flumen Ietze.

Ur. & Arx DANNENBERG. 2. mill. itidem iuxta flumen Ietze, propè Hitzger. Olim hic fuit ſedes Aulica Principis Luneburgenſis, hodie Prin-

Principi Auguſto Duci Brunſvicenſi ſubiecta.

Urbs DOMITZ. $2\frac{1}{4}$. mill. de qua ſuprà. Itin. XXIV.

Ur. GRABAV. 3. Habet alius $3\frac{1}{4}$. mill. Oppidum Megapolitanum, in Principatu Vandalico.

P. Lublow. $3\frac{1}{4}$. mill.

Ur. SCHWERIN. $2\frac{1}{4}$. mill.

Vic. Fichel. 2. in fine Lacus Swerinenſis, Ducatus Megapolitani locus ſatis alias notus.

V. WISMARIA. 2. mill. Urbs celebris maritima in Ducatu Megapolitano; quæ Pacis conſtitutione generali, Regno Suedico adiuncta eſt: in qua ſpectatu digna ſunt, Templa, S. Nicolai, S. Mariæ, & S. Georgij: Cœnobia varia, Arx & Curia.

* *
*

ITER XXVII.

Auguſtâ STRALESVNDAM Pomeraniæ.

Urbs PLAVEN in Ducatu Megapolitano, ad quam via quæ ducit, ſuprà itinere XXIV. deſcripta eſt.

Urb. MALCHAV. 2. mill. Inter Plauenſem & Calpenſem Lacum, & quidem ad hunc poſtremum, in dicto Ducatu.

V. GRABAV. 1. & dimid. de quo in præcedente Itinere dictum.

P. Levesdorf. 1. & dimid. mill.

V. MALCHIN. 2$\frac{1}{4}$. mill. Etiam in Ducatu Megapolit. ad Penam & terminos Pomeranos.

V. NIENKALEN vel NEWENKALEN. Ducatus Megapolitani, ad Lacum Cummerowenſem.

Ur. vel Vic. Dargun. 1$\frac{2}{4}$. vel 1. & dimid. mill. Adhuc in Ducatu Megapolitano, habetque Præfecturam.

Vic.

Vic. Neringen. 2. & dimid. mill.

Ur. & Arx. FRANZBVRG. 3¼. mill. Pomeraniæ & demum an. Chriſti 1586. exſtrui cœpta, & Cœnobio, NeuenCampe, quod ab ea nō longè abeſt, anno 1580. in Auguſtam & Principalem ſedem, FRANZBVRG appellatam, mutata.

V. STRALSVND. 3. mill. alius 3¾. numerat. Alius verò, à Plauen, per Malchin. 4. Dargun. 2. Camp. 4. & Stralſund. 3. tantùm milliar. 13. ponit: Et verò ipſa milliaria & Itinera admodum variant. Sic

Roſtochio à quodam 9. ab alio. 11. mill. Stralſundam numerantur, nempè:

Ur. Ribniz. 3. mill.

Ur. BARTH. 4. Sita eſt in Pomeraniâ, celebris negotiatione & mercatura. Habet alius 3. tantùm milliaria.

Urb. STRALSVND. 4. mill. Alij, 3. habēt. In hac Urbe Pomeraniæ, hodie Regno Suedico adiuncta, fœde-

ris tamen Hanſcatici ſocia & privilegiorum particeps : in qua ſpectari poſſunt, elegantiſſima templa parochialia, præſertim quod D. Virginis eſt, & Curia.

ITER XXVIII.

Auguſtâ, GRIPHISVVALDIAM Pomeraniæ atque porrò STOCKHOLMIAM Suediæ.

Urbs WITTENBERGA. de qua Urbe Electorali & Itinere iſtuc ſuprà dictum eſt, N. XII.

P. Marzan. $2\frac{1}{2}$. mill.

V. TREVVENBRITZEN. $1\frac{1}{2}$. mill. ſita eſt ad Adam fluvium in Marchia Brandeburgenſi.

Ur. BELIZ. 2. vel $2\frac{1}{2}$. mill. etiam in Marchia Brandeburg.

P. Unkermunda, ad fluvium Unker. 1. mill. magn.

P. Zan-

P. Zanche, in Havelandia. 1. mill. magn.

Urb. POTSTEIN, POTZSTEN vel Potzdam ad Havelam, in quam Notta influit, etiam Brandeburg.

V. NAWE. 1½. mill. ſita in Marchia media,

Ur. BELLINENSIS TRANSITVS, vel Tranſitus BELLIN. 4. milliar. Brandeburgicis. Sita eſt Urbs in loco paluſtri, ad Rhenum, & Brandeburgenſis.

Ur. FORSTENBERG, vel Furſtenberg. 4. mill. in Ducatu Megapolitano, & quidem in Stargardica ditione.

P. Gramantin. 2. vel 2. & dimid. mill.

P. Stolpe. 2. mill.

V. STARGARD. 2. Caput ditionis huius nominis, à quo Duces Megapolitani denominantur. Vocatur Vetus Stargardia, ad differentiam novæ Stargardiæ Pomeranicæ.

Urb. BRANDEBVRGVM NOVVM. 2. milliar. parvis, ſita in ſuprà dicto Stargardenſi territorio, ad Lacum Tollenſem.

Urbs TREPTAV. 2¾. mill. vocatur Treptau vetus, ad differentiam Treptaw ad Regam, ad dictum Lacum ſive mare Tollenſe vel Zollenſe: ſed ſicut & altera illa Treptau, in Ducatu Pomeraniæ.

Arx Clempenaw 2. & dimid. mill. Pomeraniæ, in loco paluſtri, ad dictum locum.

Urb. GVZKAW. 3. mill. ſita ad Peenam fluvium Pomeraniæ, eſtque Caput Comitatus, qui ab ea denominationem habet: quanquam nunc exigua & fermè tantùm vicus eſt.

Urb. GRIPHISWALDIA, Vulgò Gripswald. 3. mill. propter Academiam, inprimis celebris Pomeraniæ civitas, fœderis quoque Hanſeatici: in qua viſu digna ſunt templum Parochiale, Collegia Univerſitatis &Cu-

& Curia, hodierno tempore muni-tiſſima. Abeſt quidem à mari quatuor milliar: ſed rivus uſque ad urbem ducitur; & eſt percommoda ex ea in Suediam & facilis navigatio. Pleriq; in Sueciam navigaturi, vel Stetinâ, vel Stralſundâ, vel Roſtochio, vel Wiſmariâ ſolvere conſueverũt. Comes Galeazzo Gualdo Priorato l. 1. Hiſtor. ſuæ p. 6. ſcribit: Suedos an. 1630. ſpatio 11. dierum, navibus, Stockholmio, Straleſundam perveniſſe. Qui verò terra marique illuc pervenire cupiunt, hi vel Hamburgo, aut Lubecâ, per regiones Holſaticas aut Danicas Helſenburgam vel Helſingburgum Sconiæ petunt; quæ civitas regi Daniæ ſubiecta, 6. milliar. Hafniâ trans Sundam, abeſt. Hinc ad pagum Danicum, Ruy; 4. mill. Onolzbeck Smalandiæ, Suedicum. 4. mill. Poſtea per deſertã & montoſam regionem, in pag. Aby. 7. mill. Porrò per aſperam viam & montium præcipitia, fauceſque ad Urbem Iencop-

ping 11 mill. magn. Pag. Gremin, 4. Urb. Lincopping 8. vel 9. Urb. Sudercopping 5. Urb. NortCopping 1. mill. (Quam tamen ut accedas, opus haut eſt) Pag. Burling. 3. Urb. Neucopping 3. vel 6. à Sudercopping. Stregnes 7. Urb. Stockholm 7. Urb. Upſal 7. milliar. ut quidem hoc iter terrâ ſuſceptum & confectum, à non nemine obſervatum & notatum fuit: qui utrum aliquibus in locis non erraverit, dubium & incertum eſt.

ITER XXIX.

Auguſtâ COLBERGAM Pomeraniæ.

Ur. FRANCOFVRTVM ad Oderam, de qua, itinereque huc ducente, Iter ſuprà notatum XVII. inſpiciatur.

Ur. LEBVS vel LIBVS 1. mill. ad Oderam, habetque ab hac Epiſcopatus,

tus, qui hodieq; Dn. Electoris Brandeburgici eſt, nomen.

Lieſſe. 1. mill. locus vicinus Momcheberg vel Munchberg in Marchia Brandeburgica; ubi Commendatura eſſe perhibetur.

Furſtenfeld. in Marchia nova: oppidulum eſſe fertur. 4.

Urb. SCHONFLIES. 3. mill. in Marchia nova.

Ur. PYRITZ 3. Urbs Pomeraniæ antiqua, in finibus dictæ novæ Marchiæ Brandeburgenſis. Hic vide Tēplum ſummum ſeu primarium.

Urb. STARGARD. Urbs Pomeraniæ inter primas; cōdita ad ripam Inæ fluminis, nova Stargardia appellata. Vixit in hac celeberrimus ille excellentiſſimuſq; Aſtronomus, David Herlicius: qui Calendaria ſeu faſtos multis annis ſcripſit.

Ur. FREYENWALD. 3. mill. Nobilium Pomeranicorum à Wedel.

Ur.

Ur. DABER. 2. mill. Dewiziorũ, antiquæ in Pomerania familiæ.

Ur. & Arx STRAMMEL, iuxta Regam fluviũ, Nobilium Borckiorum excellentiſſimorum.

P. Petershagen. 3½. vel 4.

Ur. COLBERG. 4½. Hęc refertur ad Epiſcopatum Caminenſem, eamque celebrem facit fluvius Parſante, quo in mare, 4. milliaris parte ab ea remoto, navigari poteſt. Hodie maritima hęc civitas optimè munita, vigore pacis generalis conſtitutæ Electori Brandeburgico ceſſit, & propter ſalis cocturam, paulo infra urbem, valdè celebratur: in qua ſpectatu digna ſunt templũ Epiſcopale, Præpoſitura, Cœnobium Virginum ſacratarum & Curia.

* *
*

ITER XXX.

Auguſtâ, Badebornam & Ol-denburgum.

Urbs HIRSCHFELD, vel Hers-feld. vid. Iter Auguſtâ huc uſq; Itin. XXII.

Urbs & Arx HOMBERG, vulgò Homberga Haſſiæ. 3. mill. in Haſſia inferiore, ſubiecta Principi Caſſellano.

Ur. FRITZLAR. 2. & dimid. mill. Caſſellis remota, ſed Archiepiſcopi Moguntiacenſis, in qua ſpectatu dignum eſt templum ſummum ſeu primarium. Cœnob. & Xenodochium Merxhauſen vel Marxhauſen. 2. milliar. ab Electorali Moguntinenſi oppido Numburg, Haſſiæ: & eſt unum ex quatuor maioribus Haſſiæ Xenodochijs, in quo, ante bellum proximum Germanicum pauperes, debiles, manci, claudi, cæci, ſurdi, muti,

mente

mente capti & furioſi, utriuſque ſexus, maximo numero, à Landgravio Haſſiæ, nutriti atque ſuſtentati fuerunt.

Urb. WOLFSHAGEN. 2. milliar. Haſſiaca, etiam in Haſſia inferiore, Principi ſubdita.

ERINGEN. 2. mill. magn.

Urbs VOLMARSEN. $\frac{3}{4}$. Colonienſis, Ducatus Weſtphalici.

Urbs WARTBERG. Warberg, vel Warburg. 1$\frac{1}{2}$. mill. condita ad Dymel fluvium, etiam in Weſtphalia, pertinens ad Epiſcopatum paderbornenſem. quanquam propriis ſuis iuribus & privilegiis gaudet & fœderis Hanſeatici ſocia eſt. Fuit olim urbs Imperialis, in qua templa ſunt aliquot viſu digna.

Urbs KLENENBERG. 2. in Epiſcopatus Baderbornenſis locorum indice, etiam inter urbes & oppida eiuſdem refertur.

Urb. PADERBORN. 1.$\frac{1}{2}$. Caput Epiſcopatus huius nominis & Han-

ſeatica in qua templum Epiſcopale, Collegium Jeſuitarum & Curia ſpectatu digna ſunt.

Pag. Apelteren. 1½. mill.

P. Holte. 2½. mill.

Urbs HERWERDEN 3. vel 3. & dimid. mill. Eſt hæc urbs Herworden Imperialis & Hanſeatica, in Comitatu Ravensberg ſita: in qua viſu digna ſunt præcipuè, Cœnobium Virginum in monte, quod Nobilium & liberum ſeculare, cuius Abbatiſſa ſtatus eſt Imperij.

Urbs LVBBERE. 3. mill. pertinens ad Epiſcopatum Mindenſem.

P. Lemburg. 2½. mill.

Levorden, Lewenforde, Lemvorde ¼. Appellatur à quibuſdam Arx, ab aliis verò oppidum, referturque ad Comitatum Dieffoltenſem.

Diepholt vel Dieffolt 2½. Sita eſt ad Lacum Dummeranum & Huntam in Weſtphalia: eſtque oppidulum primarium ſive Vicus & Arx, Comi-

Comitatus huius nominis, ſubiecta Principatui Brunſvicenſi & Luneburgenſi.

Urbs WILSHVSEN. vel Wildeshauſen, 4. & dimid. mill. ad Huntam, prius Monaſterienſis, ſed proximis, Pacis novæ generalis, pactis, Regno Suedico, cum præfectura iure hæreditario tradita.

P. Mœrbecke. $\frac{3}{4}$.

Pag. Daben. $\frac{3}{4}$.

Pag. Weſterburg. 1.

Urbs ſeu Vic. Wardeberch vel Wardenborg. $\frac{3}{4}$. in Comitatu Oldenburgico.

Urbs OLDENBVRG. vel ALDENBVRG. Caput huius ampliſſimi Comitatus Oldenburgici ad Hũtam: in qua viſu digna occurrunt: Templum S. Lamperti: ad Spiritum Sanctum & Nicolai: Arx item, in qua ſedes aulica eſt Comitis: Curia: Domus nova: Cancellaria: Armamentarium: Hippocomium: Domus Capituli & in ea Bibliotheca.

ITER XXXI.

Auguſtâ, MARPVRGVM, OSNABRVGGAM & EMDAM.

Quanquam ex modo dicta civitate Oldenburgenſi Embdam, ad quã octo aut decem milliaria numerantur, perveniri poſſit: non tamen etiam ſequens via eò pertingendi incommoda videtur, quâ Auguſtâ primum petitur.

Urbs WVRZBVRGVM, de quo ſuprà itinere XI. videri poteſt.

Pag. Leinach. 1½. ibid.

P. Steinfeld. 2.

Urbs LOHR. 2½. mill. Sita hæc eſt in Franconia & Comitatu Rheineccenſi, ſubiecta Archiepiſcopo atque Electori Moguntiacenſi.

P. FRAMerſpach. 2 mill. in ſylva SPESSART. Alius quidam appellat

pellat Flammersbach, & Cœnobium eſſe dicit.

P. Lettigbrunn. 2. ibidem.

Ur. URB. 1. mill. magn. Oppidulum eſt Moguntiacenſe ad Speſſartum ubi Coctura ſalis eſt.

Ur. SALMVNSTER, ad Kinzium flumen $1\frac{1}{2}$. mill. Fuldenſis Abbatiæ.

P. Burchorſt. 1.

Arx & Urbs, ORTENBVRG. 3. mill. in Haſſia ſuperiore in Wetteravia. $1\frac{1}{2}$. vel 3. mill.

Urbs GRONBERG. vel Grunberg. 3 mill. in Haſſia Superiore, verſus dictam Wetteraviam.

Urbs MARPVRGVM. 2. mill. Caput eſt regiunculę ad Lohnam fluvium, vel in ſuperiore Haſſiæ Principatu; in qua ſpectatu digna ſunt, Tēplum Parochiale, S. Eliſabetha in domo Teutonica: Collegia Academiæ: Arx illuſtris & quæ eidem ſunt coniuncta; Curia, & prædium ſuburbanum ad Cygnum.

Urbs WETTER. 1, mill. Haſſiac.

Sita

Sita eſt in Haſſia ſuperiore eſtque in ea Cœnobium Virg. ſacratarum, hodie ſubiecta Equeſtri ordini Haſſiaco.

Urbs FRANKENBERG. 2. mill. ad Ederam flumen & in Haſſia adhuc: ubi Templum eſt pulcherrimũ parochiale. Quidam Marpurgo huc uſque numerat $3\frac{1}{2}$. mill.

Urbs CORBACH. Caput Comitatus Waldeccenſis. Hic ſpectare iuvabit Templum S. Kiliani & S. Nicolai, cum Schola.

Ur. STATBERGE, vel Marſperg 2. mill. Quidam habet $2\frac{3}{4}$. mill. Sita eſt ad Dummeliam, fluvium, in Saverlandia ſubiecta Epiſcopo Colonienſi, ad Ducatum VVeſtphalicum pertinens.

Urbs SALZKOTTEN. 4. vel $4\frac{1}{2}$. mill. In Epiſcopatu Paderbornenſi, ubi negotiatio eſt ſalinaria.

P. Dellbrugge, 1. & dimid. mill.

Urb. BILEFELD. $4\frac{1}{2}$. Urbs weſtphaliæ Hãſeatica & Comitatus Ravẽſpergij,

ſpergij, extra quam in celſiſſima rupe conditum eſt Sparenbergum caſtrũ munitiſſimum.

P. Burgholte. $2\frac{1}{2}$. mill.

Ur. MELLE. 2. mill. ad Elſem fluvium, in Epiſcopatu Oſnabruccenſi. Caput eſt Epiſcopatus huius nominis, ad Haſe fluviũ in Weſtphalia, ſita; in qua ſpectatu digna ſunt, templum Epiſcopale & aliȩ item ſacræ Ædes cum Curia. Extra urbem verò Arx Epiſcopalis Petersburg.

P. Bramſche. 2. vel 3. mill.

Ur. QVAKENBRVGGE. 3. vel $3\frac{1}{2}$. mill. ad prædictum flumen Hase in Epiſcopatu Oſsnabruggenſi.

Urb. KLOPPENBVRG. 4. vel $4\frac{1}{2}$. mill. Pertinet ad Epiſcopatum Weſtphaliæ Monaſterienſem.

Urbs FRIESOLTE. 2. mill. ad eundem Epiſcopatum ſpectans. Numerat quidam à Quakenbruck huc uſque tantùm 4. milliar.

P. Baſsel. ad fluvium Soste. 2. mill.

P. Stickhuſen. $1\frac{1}{2}$. mill. in Comitatu

tatu Embdano, vel Friſia Orientali ad flumen Leda: ubi arx quędam eſt benè munita.

Vic. Leer, Lera vel Lier 2. mill. etiam in Friſia Orientali & ad prædictum fluvium Leda, qui ſeſe hoc loco in Emſum exonerat.

Urbs EMDEN. 2. mill. Caput Friſiæ Orientalis, condita in ripa Emſi fluminis. Hic templum primarium: Comitis quoque Friſiæ Orientalis arx: Curia, Armamentarium & Mercatorum domus ſpectatu digna.

ITER XXXII.

Auguſtâ, Monaſterium & Sæſtum VVeſtphaliæ, item Groningam Friſlandiæ.

Qui viâ ſupra notatâ OSSNABRVCKVM pervenit: 5. milliaria magna Monaſterium habet, nimirū duo in pagum Lengerick, atque in-

de 3. vel 4. mill. parva Monaſterium.

Verùm aliâ etiam via illuc pervenire poterit, nempe è Frankenbergâ urbe Haſſiaca ſuprà oſtenſa, quam itinere præcedenti Auguſtâ contigit, ad

Vic. Sachſenberg. dimid. mill. Eſt verò Sachſenberg vel Sachſenburg Ducatus Weſtphalici Electoralis Colonienſis, licet proximè abſit à Franckenbergâ.

Urbs HALLENBERG. 2. mill. in dicto Ducatu Weſtphalię.

Urbs WINTERBERG. 2. mill.

Pag. Niderfeld. 1. mill.

P. Aſtinchuſen. 1. mill.

P. Heringhuſen. 1. mill. magn.

Ur. MESCHEDE. 1. mill. condita ad Ruhram, in nominato Ducatu Weſtphaliæ.

Vic. Freienol vel Frienol. 2. mill.

Ur. ARNSPERG. 1. & dimid. mill. Arcem habet in monte ſitam admodum pulchram in ripa Ruhræ, in Comitatu

mitatu Electorali Colonienſi: ubi Electores & Archiepiſcopi Colonienſes interdum animi recreationis cauſa verſari fuerunt ſoliti.

Urbs NEIM vel NEHEM. Ad Mœn fluvium, in modo dicto Comitatu 1½. mill.

Urb. WERLE. 1½. Sita quoque in Comitatu Weſtphalico Arnsberg, arcem habens benè munitam.

Urb. HAMM. 2½. mill. Hanſeatica eſt, regionis Weſtphalicæ, ad Iuliacenſem pertinentis, hodieque, Electori Brandeburgico ſubiecti Comitatus Marchani; probè munita.

Hinc SOESTVM uſq; tria numerantur mill. Alij à ſuprà dicto págo, Aſtinchuſen conferunt ſeſe Kaldchart. 2. mill. Belick. 1. Molheim ad Mœn 1. mill. quæ tria oppidula parent Electoratui Colonienſi & referuntur ad Ducatum Weſtphalicum. Hinc

SOESTVM vel SVSATVM. 3. mill. magna. Eſt Suſatum Urbs

Hanſeatica, in Comitatu Marcano: in qua viſu digna ſunt, Templum S. Patrocli, Præpoſitura, turrim habeas cel ſſimam. Eſt diviſa ampliſſima hęc urbs in decem Parochias.

Sed ex prædicta urbe Hammenſi via quâ Monaſterium petitur, ducit ad Vic. Drack, vel Drechſtenuord, in Tabula quad m Trenſtenuord appellatum. 2. & dimid. mill. ad fluvium Werſe.

Urbs MONASTERIVM. 3. mill. Caput hæc eſt Epiſcopatus eiuſdem nominis, in Weſtphalia, ſita ad fluvium Aa: in quâ ſpectatu digna ſunt. Templum Epiſcopale: templa Collegialia S. Pauli: S. Ludgeri: S. Mauritij: S. Martini: templum parochiale S. Iacobi ad Vberwaſſer: S. Lamberti: S. Leodegarij: S. Martini: S. Ilgen: & S. Servatii: Cœnobia S. Georgij, Ioannis: Fraternitatis domus: ad Fratres: trans flumen, vulgò Uberwaſſer. S. Ilgen; Niſinck, Roſenthal, Ringe, Hoffring & Rheine: Xenodochia

dochiæ quædam & Scholæ inter quas præcipua eſt Ieſuitarum; Curia item & alia.

P. Oldenborch. 2. & dimid. mill.

Urbs BVRGSTENVORDE, Borchſtenuorde, Borchenfort vel Burckſteinfurt. 4. mill. ad Aam fluvium: Caput Comitatus Steinfurtenſis, Comitum Bentheimenſium, qui celebrem hic ludum literarium aperuerunt.

P. Oem vel Om. 1½. mill.

Ur. SCHVTORF. vel Scutorp. 1. mill. ſita eſt ad Aam fluvium, in Comitatu Bentheimenſi.

Urbs NYENHVSEN vel Neuhauſen 3. & dimid. ad Vechtam fluvium in Comitatu modò dicto.

Vir. & Arx Cœuerden vel Coverden. Covordia. 4. & dimid. mill. in Over Issalana: eſtq; caput regiunculæ Drent, ſubiectæ unitis Belgicis provincijs, egregiè munitus locus.

P. Schwel. 2. mill.

P. Rolde. 3. mill.

P. vel Vic. Fries vel Vries. 1. & dimid. mill.

P. Hooren vel Horn. 2. mill.

Urbs GRONINGEN. dimid. vel ¾. mill. Caput Regionis, quæ ab ea nomen accepit, & maxima omnium Friſicarum civitatum amœniſſima, potentiſſima munitiſſimaque, iuxta Aam & Huneſum flumina ſita, in qua ſpectatu digna ſunt templa duodecim, interque illa, templum Sanctę Waldburgæ & Sancti Martini & ex Cœnobijs, Franciſcanorum & Dominicanorum: in quibus tamen nulli ſunt monachi, quoniam urbs amplexa eſt Religionem, ut vocant, reformatam. Eſt hic quoque Academia, & ſpectatu digna eſt maximè Curia magnificentiſſima.

* *
*

ITER XXXIII.

Auguſtâ Francofurtum ad Mænum, Dortmundam VVeſtphaliæ, Zutphaniam, Daventriam, Franeckeram & alia Frieslandiæ loca.

Urb. DVNCKELSPVHEL, de qua, & itinere huc perducente vide ſuprà Itin. XI.

Urbs CRAILSHEIM vel Kreylsheim. 2. mill. ad Iaxtum flumen, arcem habet & ſubiecta eſt Principi Brandeburgico Onoldino.

P. Roth. 1½. vel 2. mill. ſitus iuxta Tubarim.

P. Halmerſtetten. 2. mill.

Urb. MERGETHEIM. 2½. mill. de qua ſup. à Itin. XXIV.

Urb. KONIGSHOFEN. 1½. mill. itidem ad Tubarim, Archiepiſcopi Moguntiacenſis.

Urbs BISCHOFSHEIM, 1. & dimid. vel 2. mill. itidem Elector. Moguntinenſis, alia ab illa Wurtzburgenſi Biſchofsheim, quæ ſita eſt iuxta Stray flumen.

Urbs MILTEBERG vel Miltenburg. 2. & dimid. mill. vel 3. mill. Hulſius 4. ponit, alio quodam ſuo calculo probante. Quidam à Konigshofen huc uſque ponit 5. mill. Condita eſt Electoralis Moguntiacenſis civitas iuxta Mœnum & arcem habet.

Urbs KLINGENBERG: vini generoſiſſimi ferax, etiam Archiepiſcopi Moguntiacenſis, 1. mill.

Urbs ASCHAFENBVRG. 2, & dimid. mill. Quidam 2. tantùm, alij verò à Miltenberg huc uſque 4. mill. Ut verbo dicatur, ſicuti viator vel celeri vel tardo greſſu ambulat & vel alacris vel lentus eſt; ita quoque milliaria numerare ſolet. Condita eſt illa iuxta Mœnum, in qua viſu digna ſunt Templum Collegiale & inprimis

primis Arx magnificentiſſima, plurimis elegantiſſimis ſtructuris exornata, ampla & probè munita, in qua DD. Electores Moguntiacenſes hybernare ſolent, paſſa quidem bello ſuperiore Germanico damna, ſed deinceps inſtauranda iterum.

Urb. SELGENSTATT. 2.m. etiam Archiepiſcopi, in ripa Mœni ſtructa, ubi Cœnobium eſt Monachorum Ordinis S. Benedicti.

Urb. STEINHEIM. 1. mill. Arcem habet & ſubiecta eſt Archiep. Mogunt.

Arx & P. Offenbach. 1. mill. Comitatus Iſenburgici.

Urbs FRANCOFVRTVM, ad Mœnum. 1. mill. de qua ſuprà It. IV. In quodam Hodœporico ſive Itinerario, ſequens via, retròducens Frācofurto, notata eſt. Urb. Aſchafenbur. 5. mill. Urb. Miltenburg. 6. Urb. Biſchofsheim. 4. Pag. Diſtelhauſen. ½. Urb. Konigshofen. ½. Urb. Mergetheim. 1. Pag. Wachbach. 1. P. Herbſt-

Herbſthauſen. 1. P. Riepbach. 1. P. Keberbach. ½. Pag. Plaufelden. ½. P. Roth. ½. p. Walhausẽ. ½. Pag. Satteldorf. ½. Urb. Kreilsheim. dimid. p. Dorffbrunnẽ. 1. Ur. Dunckelſpuhel. 1. Ur. Norlingen. 3. Arx Harburg. 2. V. Thonauwerd. 1. V. Augsburg. 6. Et hac via, ut ibidem notatum eſt, quidam ipſe profectus fuit. Levinus Hulſius autem (ex aliorum forſitan relatione) ſic metitur Itineris ſpacia: Francofurto Biſchofsheim. 10½. mill. alio loco 11. & dimid. Hinc per Diſtelheim ad Konigshofen 1. & dimid. Mergetheim. 1. & dimid. Vic. Wachẽbach 1. P. Herbſthausẽ. 1. P. Riepach. 1. P. Keberbach. ½. Vic. Plaufelden. 2. P. Rott. 2. P. Walhauſen. dimid. P. Satteldorf. dimid. Urb. Kreilsheim. dimid. P. Bergbrunnen. dimid. Urb. Dunckelſpuel. 1.

Sed ut in noſtro ſuſcepto itinere pergamus, relicto Francofurto pervenitur

Urb. FRIDBERGAM. Eſt hæc Imperij

Imperij Romani civitas, in Wetteravia: in qua libera eſt Imperij ſeu Imperialis Arx, & domus Ganerbica nobilium.

Urbs & Arx Butzbach. 1. ſita & hæc eſt in Wetteravia, in qua non ita pridem Dn. Philippus Haſſiæ Landgravius ſedem ſuam habuit, mortuus an. 1643. nullis poſt ſeſe relictis hæredibus: cuius obitu illa iam ad Illuſtr. Principem Georgium Haſſiæ Landgravium Darmſtattinum devoluta eſt, excepta quarta eius parte, quæ Solmica Braunfelſia eſt.

Urbs WETZLAR. 3.mill. Urbs Imperialis Wetteraviæ, ſita eo loco, quo Dillę fluvius in Lohnam ſeſe exonerat.

Urbs HERBORN. 2. vel 3. mill. A dextris Dillæ fluminis ſita, in regione Dillenburgenſi Naſſovia. Arcem habet, fuitque in ea ante bellum German. proximum inſigne Gymnaſium.

Ur. DILLENBERG. $\frac{1}{2}$. m. magn. Fuit olim in illuſtri & munitiſſi-

ma eius arce, Comitum Naſſoviorum ſedes aulica. In urbe verò ipſa magnificum eſt templum, in quo conditoria ſunt gentilitia Comitum Naſſovicorum.

Urb. HAGER. etiam dimid. mill. magn. in dicto Comitatu Naſſovico, Dillenbergenſi aut Dillenburgenſi: in qua ſpectatu dignum eſt templum, vario miroque artificio ſuſpenſo fornice unà cum turri admirandi operis.

Urbs ATTENDORN. 3. vel 4. mill. Oppidulum eſt in Ducatu Weſtphalico Elector. Colonienſis, ſita iuxta flumen Biech vel BICH.

PLETTenberg. 1. & dimid. vel 2. mill. In Tabulis ſigno Vici vel oppidi notatur: ſed cui ſubiectus ſit locus ipſe, non exprimitur.

Urbs RADE. 2. mill. Oppidulum Comitatus Marcani, ad Iuliacenſem regionem pertinens.

Urbs ISERLON. 2. mill. Appellatur

ſatur aliàs in Autorum ſcriptis Iſern-lohe, ſpectatque ad prædictum Comitatum.

Urbs SCHWERTE. vel Schwerten, iuxta Ruhram. Itid. Marchani Comitatus.

Urbs DORTMUND. vel Tremonia. 1. & dimid. In hac Imperij Romani & Circuli Weſtphalici urbe, quæ & ipſa fœderis eſt Hanſeatici, templa quædam ſunt perpulchra, inprimis S. Martini & Gymnaſium, viſu dignum.

Urbs vel Vic. HORNBORG vel *Hornenborgk* 2. *in Dynaſtia* Electorali Colonienſi Recklinghauſen.

Urbs HALTEREN 3. mill. ad Lippā condita, in Dynaſtia Dulman quæ Epiſcopum Monaſterienſem ſuperiorem agnoſcit.

Arx Gemen 3. vel 3. & dimid. mill. in Epiſcopatu Monaſterienſi, propè Borken oppidum: à quo, Comites à Schawenburg olim, dum adhuc viverent, appellationem acceperunt.

Pag. Vorden. 3. vel 4. mill.

Urb. ZVTPHANIA. 2. mill. Caput eſt Comitatus huius nominis ad Berkelam ſive Iſſalam flumen ſita & Unitis provincijs ſubiecta. Annumeratur alias Geldriæ: ubi inprimis videndum S. Waldburgæ Templum.

Poſſunt, etiam qui volunt ex Veſalia inferiore (de qua in ſeqq. XXXV. Itinere) Iſelburgum. 4½. mill. & Dotecum etiam. 4½. mill. atque inde Zutphaniam 4. milliar. pervenire: Pertinentque ambo oppidula Iſelburgum & Dotecum, ad prædictum Comitatum Zutphanienſem.

Ex dicta urbe Zutphania porrò venitur

Urb. Daventriam. 2. mill. Urbs præcipua & Caput Iſſalæ ſuperioris, ſubiecta Statibus Hollandicis. Sita eſt dextro latere Iſalæ & cæteris urbibus Hanſeaticis fœdere eſt coniuncta. Templum primarium eſt S. Lebuini, habuitque olim peculairem Epiſcopum.

Ur-

Ur. HATTEM. 3. 3. & dimid. vel 4. mill. pro menſuræ eorundem diverſitate. Geldrici eſt imperij, in ſiniſtra Iſalæ ripa ſita & Hanſeatica.

Urbs CAMPEN, Kampen. 2. mill. In ripa Iſalæ & regione Iſalana ſuperiore, Statuum Hollandicorum, præter eos verò etiam fœderis Hanſeatici: in qua viſu digna ſunt templa S. Nicolai & D. Virginis: itemq; Curia & Telonium.

Hinc flumine navigatur ad

Urb. STAVEREN. 8. mill. in Friſia Occidentali: celebre quondam emporium & hodieq; fœderis Hanſeatici.

Urb. HINDENLOPEN. 1. mill. parvo, ſita quoque in Friſia occidentali.

Urb. BOLSWÆRT. 1. mill. in parte prædictæ & ad Status Hollandicos pertinentis Friſiæ occidentalis, Weſtergoia vocatæ.

Ur. FRANEKER. 2. Una omniũ Urbium Friſlandiæ amœniſſima elegantiſſi-

gantiſſimaque credita, ubi Academia eſt & Arx probè munita.

Hinc petitur

HARLINGA. uno mill. quæ Friſiæ Occidentalis Civitas 2. mill. à ſuprà dicta civitate Bolswart, & 4. à Staveren remota eſt.

Quod ſi DOCKVM aliquis proficiſci voluerit, tùm per ſuprà dictam urbem Daventriam, per Boxbergem perveniet.

Urb. SCHWOLLE. 4. mill. Urbs eſt Iſalę ſuperioris, in qua duo ſunt templa, ſic ſatis pulchra.

Vic. GEELMVDEN 2. mill. parva, etiam Iſalæ ſuperioris vel Transiſalaniæ, ad Oſtium fluminis Vechtæ in Oceanum meridionalem.

Urbs VOLLENHOFEN. 1. mill. iuxta dictum Oceanum meridionalem atque hic Senatus Provinciæ Iſalæ ſuperioris magnus, ſedem ſuam habet fixam.

Urbs

Urbs SLOTEN. 5. mill. Oppidulum Friſiæ Occidentalis probè munitum.

Urb. ILST. 1. & dimid. mill. in ſupradicta WESTERGOIA.

Ur. SNEECK. dimid. m. pulchra, ampla & populoſa, & ad normam & modum hodiernum egregiè munita civitas Frislandiæ Occidentalis.

V. LEEWARDEN. Leuuarden, Leouardia. Caput in dicta Frislandia occidentali, in qua Gubernator totius Friſiæ verſari ſolet. Viſu digna in hac ſunt, templa S. Iacobi: Templum Galeiſtrium: templum Oldenhove ſive veteris Aulæ: templ. S. Viti, Curia, Armamentarium & palatia nonnulla.

Urb. DOCKVM. 3. mill. in Friſia Occidentali, iuxta fl. men Eam, ubi magnificum & pulchrum eſt Buleuterium.

ITER

ITER XXXIV.

Auguſtâ COLONIAM Rheni, Ducis Silvam, Dordrechtũ, Roterodamum & loca alia Hollandica.

Ur. FRANCOFVRTVM, de quo itinere huc uſque, præcedens XXXIII. inſpiciendum.

Vic. Konigſtein. 2. mill. Caput ille eſt Comitatus huius nominis, in quo Arx eſt mediocriter munita Dn. Electoris Moguntinenſis.

Pag. Eſch. 3. mill. Hulſius unum, alius duo mill. ponit.

Cœnob. Gnadenthal. 1½. mill. Ait dictus Hulſius, iuxta Walsſtorf & Camburg huc veniri. 2. mill. Eſt Parthenium in Comitatu Diezenſi, Naſſovio-Dillenbergenſium

Urbs LIMBVRG ad Lohnã. 2½. mill. Quidam ex dicto pago Eſch ad

pag.

pag. Kirberg 2. & dimid. atque illinc hucuſque.1.& dimid. ponit. Alius ab Eſch Limpurgum. 3. tantum, Hulſius a.4.mill. notat. Imperium agnoſcit Archiepiſcopi Trevirenſis, quãquam de ea quoque Landgravius Haſſiæ participat. Viſu dignum eſt in ea templum Collegiale.

Vic. Walmerode vel Wilmerode. 3.mill.

Hoſterbach vel Heſtenbach. Quidam Limpurgo huc. 4.& dimid. mill. numerat.

Altenkurch.vel Aldenkurch,iuxta fluvium Siegam.1.& dimid.vel.2.mill. Dicitur vel oppidulum eſſe vel pagus.

Quidam ex dicto Limpurgo notat

Pag. Strinz. $2\frac{1}{4}$. mill. Pag. Vreilingen. $2\frac{1}{4}$. & Aldenkurchẽ. 1. & dimid. mill. Hulſius ſæpè nominatus à Walmerode, Vrilingen. 1. Heſtenbach, quem locum ille Hauſtẽbach vocat, $1\frac{1}{2}$. & Urb. Aldenkurch.1.mill. numerat.

Urbs

Urbs & Cœnob. SIBVRG. 5. vel 6. mill.

Quidam in pag. Burchlar. 1$\frac{1}{4}$. pag. Eitorp. 2. Urb. vel Ar: Blankenberg in Montenſi Comit. 1. & Siburg. 1$\frac{1}{4}$, Alius ab Altenkurch in oppidulum Olkerot, 3. & dimid. atque inde Siburgum. 2. mill. notat. Hulſius a. ab Aldenkurch Siburgum, per loca nonnulla 5. mill. Ex quo cognoſcere licet, diverſis itineribus terreſtribus per ſylvam illam Occiduam (Weſterwald) Francofurto Coloniam perveniri. Sita verò eſt urbs illa iuxta Siegam fluvium, ex oppoſitu Bonnæ, Electoralis Colonienſis ſedis, in Comitatu Montenſi: Eſt vero Abbatis huius loci.

Urbs COLONIA, iuxta Rhenū. 3. mill. Hulſ. habet. 3. & dim. il. & Frācofurto huc uſque 22. mill. Et hoc eſt iter terrâ huc perducens. Flumine verò venitur Andernacum, ad ea loca, quæ ſuprà notata ſunt Itin. IV. Hinc ad Ludelsdorf. dimid. mill. Rhinbroel vel

el vel Rheinbroil 1. mill. Linz, oppidulum Colonienſe. 1. & dimid. Unkel, etiam oppidulū Colonienſe m. dimid. Urbs Winter iuxta Rhenum vel Konig, Koningswinter, itid. Colonienſis. 1. mill. Arx Godesberg. 1. mill. Urbs Bonn. 1. Pag Herſel. 1. P. Weſtling. 1. P. Godorp. 1. & Colonia. 1. mill.

In hac ſacri Romani Imperij & Archiepiſcopali Urbe, quæ ampliſſima eſſe putatur omniū urbiū totius Germaniæ, inter plurima templa, collegia Cœnobia & alias Ædes DEO ſacratas, ſpectatu digna ſunt inprimis, Templum Archiepiſcopale ad S. Petrum: undecim mill. Virginum templum: Cœnobium Carthuſianorum: templum Ieſuitarum: Cœnobium S. Pantaleonis: Carmelitarum: Dominicanorum & Auguſtinianorum: templum omnium Apoſtolorum. It. Collegia Academiæ: domus ſenatoria magnificentiſſima, & è regione eius

ne eius, Sacellum Hieruſalem ; Armamentarium atque id genus ædificia alia.

Hinc porrò Pag. Wohringen iuxta Rhenum. 2.mill. vel 3. hor. qui anno 1646.munitus eſt.

Urbs NOVESIVM, vel Neus, Niueſium vel Nuſſia. 5.vel 4. mill. Nam P.Bertius 6. Georg.Braun verò,tantùm 4. Miræus verò 5. mill. Coloniâ huc uſque numerant. Eſt urbs Archiepiſcopalis Colonienſis, ad flumen Erp. vel Erft ſita, & ſemihorulæ ſpacio à Rheno remota, (qui tamen ex una parte eam alluit) in qua viſu digna ſunt, templum Epiſcopale S. Quirini: Collegium Jeſuitarum, Curia: Molendinum ſub porta, quâ Coloniam itur: domus mercatoria & vectigalis.

Vic. Wilich. $2\frac{1}{2}$.vel 3. mill. in inferior. Epiſcop. Colon.

P. S. Tonis. 1. mill. magn. nonnullis vicus, aliis oppidum vocatum, etiam in Epiſcopatu illo.

Urbs.

Urbs & Arx KEMPEN, in Geldricis & Iuliacenſibus finibus. 1. mill. magno.

Urbs WACHTENDONK. 2. mill. parvis, ſita ad fluvium Neerſiũ, in Ducatu Geldrico, & eiuſdem diſtrictu Ruremundano, ſubiecta Imperio Regis Hiſpaniarum.

Urbs VENLO. 2. mill. Flandrico-Hiſpanica, condita in ripa Maaſæ.

Urbs HELMONT. 5. vel 6. mill. ſita eſt in Brabantia & parte eiuſdem Kempenſi, arcem habens elegantiſſimam.

BOXTEL. 4. & dimid. m. A quibuſdã pagus præcipuus, ab alijs Arx, à nonnullis vicus frequens & populoſus vocatur iuxta flumen Dommelam ſubiecta anno 1622. Comiti de Bauſigniak.

Urbs Ducisſilva, Hertzogenbuſch. 2. mill. In hac Brabantica, ſed hodiè Unitis Provinciis Belgicis ſubiecta civitate, tẽpla duo, unũ D. Virginis,

ginis, alterum S. Ioannis digna ſunt, quæ inſpiciantur.

Urb. HEVSDEN. vel Hœsden, in Comitatu Teyſterland & annumerata Hollandiæ.

Ur. DORT, vel Dordrechtum 3. vel 4. mill. In hac celeberrima Hollandiæ civitate inprimis ſpectatu dignũ eſt Templum primarium, Gymnaſium, Curia & Monetaria.

Urb. ROTERDAM. 3. mill. Inſignis Hollandiæ civitas, in qua Templum primarium S. Laurentij, templum itidem Gallicanum: Eraſmi Roterodami ſtatua ex ære fuſa, medioque in foro collocata: parva item domus illa, in qua lucem primò Eraſmus adſpexit.

Hinc milliari uno venitur Schiedam. 3. Goudam. 2. Delftum. 3. Hagam Comitis. 3. Lugdunum (quod 2. milliar. à modò dicta Haga & 3. à Delfto remotum eſt, celeberrimam complectens Academiã.) Poteſtque

ex hoc

ex hoc loco in alias urbes Hollandicas commoda admodum ſuſcipi profectio.

ITER XXXV.

Auguſtâ AMSTERDAMVM & loca alia.

Urbs COLONIA Agrippæ, ad quam itinere ſuperiore, quæ via ducat, oſtenſum eſt. Hinc

Urb. DVSSELDORF. 5. mill. Caput eſt Ducatus Montenſis & Domino Wolfg. Wilhelmo Neuburgenſi Principi ſubiecta, eiuſque ſedes, cõdita iuxta Rhenum: in qua ſpectatu digna ſunt Templum Collegiatum & Arx Principalis: Collegium Ieſuitarum & Cœnobia quædam.

Urbs DVYSBVRG. 3. mill. magna Refertur hodie ad Ducatum Clivenſem, olim Imperialis civitas: in qua ſpectare licet templum primarium Salvatoris, & Cœnobia quædam.

Urbs VESALIA. (Weſel) 4.mill. parva, vocatur Veſalia inferior, ad differentiam Veſaliæ ſuperioris, quæ ad Archiepiſcopatum Trevirenſem pertinet: ſita eſt in Ducatu Clivenſi iuxta Lippiam flumen, quæ in Rhenum hic influit: ſed hoc tempore ſubiecta eſt Statibus Hollandicis: quanquam olim civitas fuit Sacri Rom. Imp. & fœderi Hanſeatico adhuc dum adnumeratur: in qua ſpectatu digna ſunt, templum S. Willibrodi, & S. Antonij, cum Curia.

Urb. REES. 2. mill. magn. etiam in Ducatu Clivenſi iuxta Rhenum, Provinciarum Belgicarum unitarum.

Ur. EMBRICH, vel Emmerich. 2.mill. parvis, eodem in Ducatu eademque conditione cum priore, in qua elegans admodum eſt templum collegiale.

Urbs ARNHEIM. 3. magn. vel 4. mediocria milliaria. Caput eſt partis quartæ Geldriæ Statibus unitis Hol-

landi-

landicis ſubiecta: in qua ſpectatu inprimis dignum eſt templum S. Euſebij Martyris.

Ur. AMERSFORT. in Epiſcopatu Vltraiectino, dictorũ Ordinum Belgicorum, in qua videre iuvat templum S. Georgij.

Ur. NAERDEN. 3. vel 4. mill. Caput Goylandiæ, quæ pars Hollandiæ eſt.

Ur. MVYDEN. 1. mill. magn. pro quo alius ponit. 1. & dimid: ſita eſt ad flumen Vechtam, habetque arcem admodum vetuſtam.

Ur. AMSTERDAM, 2. & dimid. mill.

Poſſunt, qui volunt, alia quoque viâ iter facere, nempe ex Noveſio (Nuyſs) de quo in proximè priori dictum eſt, ad

CRevelt. 3. mill. qui vel pagus vel vicus, vel iuxta nonnullos etiam oppidulum eſſe putatur.

Pag. Altkurch. $2\frac{1}{2}$. mill.

Ur. GELDREN. 2. Ab hac egregiè munita & Hiſpaniarum Regi ſubiecta civitate, univerſa regio Geldrica denominationem ſuam habet.

V. GOCH. 4. mill. ſita ad flumen Neers in Ducatu Clivenſi.

Pag. Groesbeke vel Groysbeck, 3. & dimid. mill. à quo loco, familia quædam nobilis percelebris nomen accepit.

Urbs NEWMEGEN vel NIEVMEGEN. 1. mill. magn. Urbs Geldriæ præcipua & caput cæterarum ibidem ſitarum urbium Hanſeaticarũ. Templum habet Collegiale ad S. Stephanum, Ordinibus Hollandicis ſubiecta.

Urbs WAGENINGEN, 2. & dimid. mill. in Velavia, quæ pars Geldriæ eſt & Statuum Belgicorum imperium agnoſcit.

Urbs RHENEN. 1. mill. in Epiſcopatu Traiectenſi, Hodie paret Ordinibus Hollandicis confœderatis: turrim habet templi pulcherrimam,

mam, Horologio artificioſiſſimo & campanis egregijs exornatam.

Urb. TRAIECTVM, (Utrecht) 4. mill. Habet nomen ab Epiſcopatu, hodie, ut prius dictum Statibus Generalibus Hollandicis, ſubdita & caput eiuſdem: in qua templum ſummum Epiſcopale S. Martini. Itemque templum S. Salvatoris vel Oudemunſter: S. Petri: S. Ioannis: S. Pauli & S, Mariæ, ſpectatu digna ſunt.

Urbs AMSTERDAM. 5. mill. In hoc ordinum Hollandicorum hodierno tempore celeberrimo totius Europæ Emporio, viſu digna ſunt, vetus & novum templum parochiale, cum aliis templis. Item, Orphanotrophium, Ergaſtulum utriuſque ſexus, ſive domus rigidioris diſciplinæ: SintIorishofa, Aula D. Georgij, ſeu Gerontotropheum. Curia: Teloníum: Armamentarium: toxocepoꝛum: domus Indiarum Orientalium & occidentalium; domus mercatoria vulgo Burſa: taberna, in qua vitra

tra conflantur; aula Principis : domus Admiralitatis : Camera Rhetorum: Chirurgorum Camera: Domus Organorum ſeu inſtrumentorum Muſicorum, rariorum, & in vulgus non adeò notorum, in qua quotidie Muſica exercetur.

Hinc Harlemum. 2. magna: Alcmariam 2. & dimid. milliaria numerantur.

Qui Harderwicum iter inſtituit, ille ex ſupra dicto Arnhemio Cœtwik. 3. & dimid. atque hinc Harderwicum 2. & dimid. milliar. proficiſcetur. Hinc Monikendam 6. vel 7. Purmerendam 7. Edam 6. vel 7. Hornam. 7. Enckhuſam. 8. parva, & Medenblickum , trans Sinum ſeu lacum Flevi (vulgò Zuiderſee) 2. milliaria numerantur.

* *
*

ITER

ITER XXXVI.

Auguſtâ, MOGVNTIACVM, Cõfluentiam, Aquisgranum, Moſæ Traiectum, Antuerpiam & Mittelburgum.

Quanquam ſupra num. V. vel Itinere quinto, via ex Brabantia Auguſtam notata eſt : quia tamen hoc ſequens iter quædam loca habet, quæ in illo non occurrerunt, idcirco hic inſerenda eſſe putavimus, & quidem Auguſtâ

Ur. HEILBRONNA. de qua ſuprà. N.24. Hinc

Ur. WIMPFEN. 2. vel 3. hor. lento greſſu. Eſt hæc Imperij Romani civitas, iuxta quam Iaxtus fluvius in Nicrum ſe ſe exonerat.

Arx & Pag. Helmſtett. 2. horis magnis.

Vic. Æpfelbach. 3. hor.

Ur. NECKERSGMVND. 2. & dimid. hor. iuxta Nicrum, ſubiecta imperio Electoris Heidelbergenſis.

V. HEIDELBERG. 2. hor. Vulgo Heilbrunna huc uſque terreſtri itinere numerantur. 6. milliar. magna. Eſt verò Heidelberga Caput Palatinatus inferioris, in qua ſpectatu digna ſunt, templum Collegiale ad Sp. Sanctum in foro, cum templis & Cœnobiis aliis. Collegia item Academiæ, præcipuè verò Arx Electoralis, cum aliis connexis & adiunctis. Hic aulam habet Princeps ac Dominus Carolus Ludovicus, Palatinus & Elector.

Urb. LADENBVRG. 1. mill. magn. Sita ad Nicrum, & eſt Epiſcopi Wormatienſis (cuius ordinaria ſedes eſt) atque Electoris Palatini ex æquo: quandoquidem mediocris eius nunc eſt fortuna atque conditio, arce, bello ſuperiore vaſtata atque diruta.

MAN-

MANHEIMVM. 1. mill. Situm eo loco, ubi Nicrus ſeſe in Rhenum exonerat. Arx, quæ probè munita, adhuc hodieque immota conſiſtit: civitas a. incendiis & ruinis propugnaculorum miſerè convulſa atque diruta eſt.

Urbs WORMATIA. 3. mill. flumine, terrâ a. 4. tantùm ſunt Heidelbergâ huc uſque. Eſt urbs Imperialis Rhenana, in qua operæ precium fecerit, qui luſtraturus eſt, Templum primarium ſive Epiſcopale: Item parochiale S. Amandi; Cœnobium monachorum Ciſtertienſium; S. Pauli; Andreæ, Mariæ templa Collegiata atque adeò loca ſacra alia, unà cum Curia.

Arx Stein. 1. mill. Locus probè munitus iuxta Rhenum.

Ur. GERLTZHEIM. vel Gernsheim. 1. mill. Elector. Moguntiacenſis, iuxta Rhenum.

P. Stockſtatt. Haſſiacus Darmſtatinus. 1. mill.

Urbs OPPENHEIMVM. 1. milL. adnumerata Palatinatui inferiori Heidelbergenſi; in qua præcipuè videre iuvat, templum Parochiale S. Catharinæ: Conventus Virginum ſacratarum (vulgò Corona Mariæ. Marien-Cron) dictus: Ordinis Equeſtris Teuton. domus & Arx quam coronam regionis (vulgò Lands-kron) vocant.

Vic. Nerreſtein, Nerſten vel Nurſtein. ½. mill. Eſt Ganerbiatus Equeſtris Ordinis, ſed ſub poteſtate & Iuriſdictione Electoratus Palatini.

Ur. MOGVNTIACVM. Mentz. De hac urbe vid. ſuprà, N. 4. Hinc Ingelheim, Bingen, Bacharach, Oberweſel, S. Goar, Poppart, Rons, &

Urb. CONFLVENTIA, ſicut via hęc & loca, per quæ tranſeundum, in ſuprà dicto itinere 4. deſcribuntur. Matthias Quade inquit, Confluentiã 13. mill. infra Trevirim & ipſo medio iter Moguntiacum & Coloniam loco, ſitum eſſe.

Urbs MEYEN. $3\frac{1}{4}$. in Eyſſia iuxta flumen Nette, Archiepiſcopi Trevirenſis.

ARENBERG. 4. mill. propè Aeram vel Aaram in excelſo ſita, & forſitan Arx illa, à qua Comites Imperij ab Arnberg denominantur, iuxta quam etiam pagus eſt vel oppidum.

Urbs SCHLEIDA. vel Schleiden. 2. & dimid. vel 3. milliar. ad flumen Orfft vel Orffe, in Eyſlia: à qua Linea Comitum à Manderſchaid denominatur.

Pag. Lambertsdorf. 3. mill.

Cœnob. S. Cornelij Monaſterium vel S. Cornelij Monaſterium ad Inden. 1. mill. Eſt Collegium Imperatorium, cum oppidulo ſive vico, ad Dentem fluvium: cuius Cœnobij Abbas Status eſt Imperij Romani, pertinens ad Circulum Weſtphalicum.

Urbs AQVISGRANVM. mill. 1. magno aut 1. & dimid. mill. de qua ſuprà. N. IV.

P.Partey.1.& dimid.mill.

P.Yſern.1. mill. magn.

Urbs TRAIECTVM MOSÆ. Maſtricht. 1. & dimid. mill. De qua ſuprà Itinere III. videre licet.

Hinc per Bilſem, Haſſelt, Dieſt & alia loca, ad

Urb. ANTVERPIAM. Antorf. ad 14. fermè milliaria, quemadmodum via in itinere ſupra dicto tertio notata fuit.

Ex hac FLISSINGAM uſque milliaria ſunt Belgica. 12. vel Germanica mediocria 9. flumine. Urbs illa eſt munitiſſima celeberrimaque Seelandiæ, negotiationibus & mercaturis frequentata, Principis Wilhelmi Auranienſis: in qua præcipuè ſpectatu digna eſt Curia, tota ex lapidibus ſectis ingenioſè ſtructa: Diæta item ſive Aula & Palatium dicti Principis.

V. MIDDELBVRGVM. 1. mill. Caput Seelandiæ, in qua viſu digna ſunt, ædificium, in quo comitia ſeu

con-

conventum agere conſueverunt Ordines; Curia ſeu domus ſenatoria civitatis : turris celſiſſima horologio ſumptuoſiſſimo exornata.

ITER XXXVII.

Auguſtâ BONNAM, IVLIACVM, RVREMVNDAM & MONTES ad Soomam.

Urbs BONNA, ad quam quâ via perveniatur, ſuprà oſtenſum eſt Itinere 34. Sita verò eſt Bonna, in qua Dn. Elector. Colonienſis ſedem ſuã habet ordinariam, 4. milliar. ſuprà Coloniam Rheni, eſtque probè munita. In qua ſpectatu digna ſunt Arx illa elegantiſſimè ſtructa, ut & templum primarium ſive Epiſcopale.

Hinc ſeſe offerunt

LVMERSVM. 2. mill. magnis, ad fluvium Erpe, notaturque nomine oppidi, (vel fuerit vicus) extra Epi-

ſcopatum Colonienſem, quantumvis propinquum Cochenheim & Lechenich.

Urbs LECHENICH. 1. mill. in ſuper. Epiſcopatu Colonienſi, Arcem habens Electoralem probè munitam.

Arx KERPE. 1½. parv. mill. ſita eſt ad flumen Erpe, intra Berchem & Lechenich, vel Iuliacenſe & Colonienſe territorium: eſtque Caſtellum Regis Hiſpaniarum munitiſſimum; iuxta quod vicus eſt, oppidi inſtar, ſubiectus imperio Ducatus Limpurgenſis. Eſt & Kerpe locus alius propè Aaram in Trevirenſi, intra Blankenheim & Arenberg.

Urbs IVLIACVM. 3. milliar. magn. de qua ſupra N. 3. vel in tertio Itin.

Urbs LINNICH. 1. mill. in Ducatu Iuliacenſi, in qua cernere licet Altare quoddam totum ex marmore nigro ſectum.

P. Rorich ad Roeram ſive Ruhram 1¼. mill.

WAS-

WASSENBVRGVM vel Waſſenbergum. 2.mill. in Tabb. Chorographicis refertur adhuc ad region. Iuliacenſem, & ubique nomine & appellatione oppidi ſive urbis notatur.

Urbs RVERMVND. 2. vel $2\frac{1}{2}$. milliar. Sita eſt in Ducatu Geldrico, eſtque caput partis illius, quam Rex Hiſpaniarum ex hoc Ducatu adhuc reliquam habet. Templum ſummum ſive Epiſcopale eſt S. Spiritus: itemque Cœnobia Carthuſianorum.

Ur. WEERT. 3.mill. ſita eſt in Comitatu *Hornano*: qui tamen Brabantiæ accenſetur, arcemque habet probè munitam.

P. Grevenbroek. $2\frac{1}{2}$.mill.

P. Geſtel. $3\frac{1}{2}$.mill.

Pag. Poſtel. $1\frac{1}{2}$.mill.

Vic. Tournhout 3. vel 3. & dimid. milliar. Inter omnes totius Brabantiæ vicos, antiquitate, amplitudine, pulchritudine, immunitatibus, alijſ-

alijſque ornamentis ſpectatiſſimus, arcem habens.

Urbs vel Vicus HOCHSTRATEN. 3. mill. Hic locus, ſitus quoque in Brabantia, Comitem habet peculiarem è familia Lalainica. Tēplum hic eſt Collegiale. Arx verò, ampla & munita, eodem nomine inſignis dimidio milliari ab eodem abeſt.

P. Niſpen. 4. mill.

Urbs BERGA OP SOOM. vel iuxta fluviolum Soma. 4. milliar. Caput eſt Marchionatus Bergenſis Brabantiæ: ipſa verò munitiſſima imperio ordinum Hollandicorum ſubiecta eſt.

* *
*

ITER

ITER XXXVIII.

Auguſtâ SPIRAM, Treviros, Dinant, Tornik, Ryſſel & Cales.

Pag. Rheinhauſen: ad quem iter ſuprà N.V. notatum eſt.

Urbs SPIRA. dimid. mill. In hac Imperiali civitate iuxta Rhenum ſita, in qua Iudicium S. Roman. Imperij Camerale conſtitutum eſt, ſpectatu digna ſunt. Monaſterium ſive templum ſummum Epiſcopale & Mons oliveti: itemque antè eum amplus, celſus, rotundus & profundus Catinus lapideus: Aula Epiſcopi. Porrò mons Salíceti (Weidenberg) vel S. Guidonis templum Colleg. Cœnobium S. Sepulchri & Cœnobia templaque alia plura : ut & Ieſuitarum Collegium: Palatium Cameralis Iudicii & Curia.

Urb.

Urb. NEVSTAT. 3. mill. magn. in faucibus Weſtraſiæ ad radices collium, quos Hart vocant: Urbs v. paret Electori Heidelbergenſi, commendata quondam à Gymnaſio optimè inſtituto, Templum habens Collegiale S. Ægidij.

Ur. KEYSERSLAVTERN. 4. magn. aut 5. parv. milliar. Itidem Urbs inferioris Palatinatus, cum arce & præfectura, contermina Wasgoię.

Arx & Vic. LANDSTAL vel LANDSTVL. 2. mill. in montibus Wasgoicis nobilibus à Sickingen ſubiecta: quanquam arx munitiſſima hodieque præſidium habeat Lotharingicum.

Urbs ZWEYBRVGGEN. 2. vel 2½. milliar. de qua ſuprà Itin. V.

Pag. Limpach, ad Blieſſam amnem. 2. mill. Quidam à Landſtal huc uſque tantum tria ponit milliaria.

Arx vel vicus Ottweiler 2½. mill. iuxta prædictum amnem, pertinens cum præfectura ad Comitatum Naſſoicum Saræpontanum. Urbs

Urbs S. WENDEL. 1.mill.de qua ſupr.Itin.V.

GRIMBORG. vel Grimburg. 3. & dimid. mill. Arx eſt Electoralis Trevirenſis, iuxta quam forſitan oppidulum eſt vel Vicus. In Hiſtoria Trevirenſi extat, quod Ioan. Archiepiſcopus Trevirenſis, qui anno C. 1212. vita perfunctus eſt, Arcem GRIMBORG ſuo in territorio ſitam, novam extruxerit.

Urbs TREVERIS.3.&dimid.mill. Caput Electoratus & Archiepiſcopatus huius nominis: in qua ſpectatu digna ſunt, S. Petri ſive Archiepiſcopale Templum, in colle ſtructum, opus firmiſſimum: porrò, D. Virginis: S. Simeonis: S. Laurentij, Gangolfi, Pauli, Antonij, Gervaſij templa: Abbatia S. Martini: S. Maximini, Matthiæ & Mariæ ad Martyres: ampliſſimum Carthuſianorum Cœnobium: Dominicanorum, Minoritarũ, Auguſtinianorũ, Carmelitarũ, Jeſuitarũ, Jeſuatiũ Collegia: in Horreo, S. Agne-

S. Agnetis, Catharinæ & multa alia Cœnobia & Templa plura: ut & Teutonica & Ioannitarum domus: Monumenta item aliquot Antiquitatis: palatium Archiepiſcopi: pons item elegantiſſimus, quo Moſella iungitur, Curia & alia plura.

Et hoc iter eſt SPIRA huc uſque. Quod ſi v. Meintz Treveris petatur, tum venitur Bingen, Stromburg, Durrenbach, Argenthal, Ryswiler (ubi quondam via alta (die hohe Straſs) lapidibus inſtrata fuit, cuius veſtigia adhuc apparent.) Altweiler, Kirchberg, Dill, Hoheſchutt, Stumpeturn, Hohenſtein, Fels, Hoinſtein, Numagen & Trier: quemadmodum hæc via à quodam notata fuit.

TREVIRI porrò iter faciunt

Urb. & Cœnobium ECHTERNACH. 3. mill. parvis Germanicis, de quo loco ſuprà. Itin. V.

Ur. DIEKIRCH. 3. milliar. ad Saveram fluvium, in Ducatu Luxembur-

burgico, & 5. mill. ut putatur, à Luzenburgo urbe.

Eſch. 1. & dimid. mill. Vocatur Eſch ad Saveram, etiam in Ducatu Luzenburg.

Urb. BASTOIGNE. Baſtonac, Baſtenach. 2. & dimid. mill. etiam pertinens ad Lucẽburgenſem Ducatum, in qua mercaturę & negotiationes frequentiſſimæ exercentur: & proinde hic locus ab incolis, Lutetia Arduennæ ſilvæ appellatur. Templum habet parochiale elegantiſſimum.

Pag. Tille. 1½. mill.

Cœnob. & Vic. S. Hubert. 2. mill. Vulgò à Baſtoigne huc uſque numerantur 4. milliar. Hoc, media in ſilva Arduenna frigida ſitum monachorum Reg. S. Benedicti Cœnobium, ſpectatu admodum dignum eſt, cuius etiam Iurisdictioni omnis illa regiuncula ſubiecta.

Arx Mirwart vel Miriwart. 1. mill. magn. Proprium agnoſcit Do-

minum

minuum qui prædicti Cœnobij S. Huberti vel Andagij quaſi Advocatus eſt.

Pag. Han ſur Leſch. 1. mill. mag.

P. Ville. 1½. mill. Eſt hic pons ſtructus trans amnem Leſch.

P. Hoiet. 1. mill. magn.

Urbs DINANT. 1½. milliar. Leod. ſita ad Maaſam, in Epiſcopatu Leodienſi, ubi Arx eſt celſiſſima.

Quidam perveniunt ROCHEFORT, (qui Comitatus eſt communis omnium Leonſteinienſium Comitum.) 2. mill. à dicto Mirwart diſſitum: Hinc porrò in Pag. Cuſtine. 2. mill. Vic. Selle. 1. & Dinant. 1. & dimid. milliar. Hinc

Urb. FOSSE. 3. mill. Epiſcopatus Leodienſis, ubi Templum eſt Collegiatum.

Urbs FONTAINE L' EVESQVE, Fontana 3½. mill. in finibus Hannoniæ & Leodienſis regionis, hodieque Hannoniæ accenſetur. Quan-

Quanquam de Iuriſdictione territoriali non rarò controverſiæ inter utraſque motæ & excitatæ fuerunt.

P. Eſpinois. 1½. mill. Hannoniæ: eſtq́ue alius ab Eſpinois Flandriæ.

Urbs BINCHE, vel Bins. ½. mill. Satis nota Hannoniæ, ad ſinum fluminis Heine ſita Civitas: in qua templum eſt, ad quod frequentes religionis ergò peregrinationes ſuſcipiuntur.

Urbs MONTES, Mons en Hainault. Hannoniæ civitas 2. & dimid. vel 3. mill. Caput huius regionis, probè munita atque eleganter ſtructa, in qua ſpectatu dignum eſt templum primarium Canonicorum, itemq́ue Collegium virginum ſacratarum, in quod recipiuntur magnatum filiæ, quæ ſolutæ voto matrimonij contrahendi ius habent: Cœnobia etiam aliquot: Jeſuitarum Collegium: Aula Epiſcopi, Arx & Curia.

P. Ville:

P. Ville: à quodam Villeroy dictus. 2. mill.

Urb. vel Vic. Leuſe vel Leuze, etiam Hannoniæ. 1½. vel 2. mill. Collegium habet Canonicorum.

P. Antoing. Antonia. 1. mill. ad Scaldim & eſt locus Hannonię; habens Caſtellum, atque ut in ſcriptis reperitur, Domini de Barlemont.

Urbs DORNYCK, Tornick, Tornai, Tornacum. 1. mill. Vulgò 9. Belgica & 6. mediocria Germanica à Monte huc uſque numerantur. Hodie ſita eſt in ipſa Flandria, quanquã olim eidem annumerata non fuerit, & adhucdum in Statuum conventibus celebribus, ſuum peculiarem locum habet. Scaldus flumen plurima ipſi commoda advehit. Septendecim Parochias habet, multa templa Collegialia, Cœnobia, Xenodochia & ædes ſacras alias, inter quas eſt præcipua Epiſcopalis S. Mariæ, media fermè in civitate, quinque turribus excelſis ſtructa; Bibliotheca itẽ

Ville-

Villerica & Technophylacium ſpectatu digna ſunt.

P. Hertain. 1½.

P. Anapes. 2.

P. Halenes. ½.

Urbs RYSSEL, vel Lille, Inſulæ, Ryſſelia, l'Isle de Flandres. ½. mill. Vulgò 5. milliar. Hollandica Tornaco huc numerantur. Urbs eſt præcipua Flandriæ, cuius mœnia & Arcem fluvius Deule alluit, atque ibidē videri poteſt templum Collegiale S. Petri, cum Cœnobijs nonnullis.

Vic. Armentiers. 2. & dimid. Belgica vel Gallica milliar. Ampliſſimus eſt, atque inſignibus privilegiis, inſtar urbis alicuius, inſtructus vicus, in Flandria Gallica.

Pag. Nieukerke. 1. & dimid. vel. 1. mill.

Urbs vel Vicus (neque n. muris cinctus ſed patens eſt locus.) Belle, Bellein, Balliolum. 1. vel 1. & dimid. in Flandria Germanica; eſtque Iacobi

Mayeri, celeberrimi rerum Flandricarum Hiſtorici, patria.

P.Ecke.2. mill. parv.

Urbs CASSELE. 1.& dimid. mill. Oppidulum mœnibus clauſum, in Flandria Germanica, ſitum in celſiſſimo monte, ubi Collegium eſt Canonicorum præcipuum ad S.Petr.

P. Volckerinckhove. 2. & dimid. mill.

P. Marickerke. 2. & dimid.mill.

P.Bolwerck.1.& dimid.milliar.

Urbs CALAIS. Cales, Caletum. 2.& dimid. mill. Maritima, in Comitatu Oyenſi, & ſubiecta Regi Galliarum: è qua plerunque in Angliam, vel ex regno illo Caletum, transnavigatur: quoniam intra Caletum & Doveram Angliæ fretum eſt, ſive maris anguſtia non amplius 4. milliar. magnis Germanicis lata, quæ ſpacio dimidiæ diei vel 12. horis ventis ſecundis tranſiri & ſuperari poteſt. Appellatur hoc fretum ab Anglis The Strait

Strait of Caleis, à Gallis autem Pas de Calais.

ITER XXXIX.

Auguſtâ, NAMVRVM, Cortricum, Iperiam & Dunkirchen.

Urbs NAMVR: vid. ſupr. 1. & 5. Iter, & viam huc perducentem.

Pag. Maſij, ad flumen Orme. 2. & dimid. mill.

P. Sombref. 1. & dimid. mill. ſitus eſt in Brabantia, & forſitan illa Dynaſtia quę in Indicibus Imperialibus reperitur, ſed hoc tempore à Burgundia exempta, Comitibus ab Hochſtraten parere dicitur. Atlas hunc locum Sombref, Vicum celebrem, turri ornatam, appellat.

P. Houthain. 3. mill.

Urbs NIVELLE. 1. milliar. parvũ, Satis nota Brabantiæ civitas, in qua

templum primarium & Collegium Virginum illuſtrium, quibus matrimonium licet contrahere: ad quas etiam urbs cum territorio in ſacris & prophanis ſpectat.

Urbs BRAINE vel Breine le Cõte, oppidulum Hannoniæ vetuſtum. 2½.milliar.

Urbs ENGHEN, Enghië. 2.mill. in Hannonia, 5.milliar.à Monte.

Ur. Leſſine 2.mill.ad Denram.

P. Ronſa, Renæſa vel Rotornacum. 3. & dimid. vel 4. milliar. Flandriæ habetque Collegium Canonicorum S. Hermetis. Media in via offert ſeſe Elleſelles vel Ellezelles.

P. Snevegem vel Zeveghem. 2. & dimid. vel 3.mill.

Urbs CORTRIIK. Cortracum vel Curtray.1.mill. Interluit hanc civitatem Flandricam fluvius Liſſa vel Leye: in qua Templum Collegiale, Cœnobium Virginum Sacr. Profeſſionis Bernhardinæ & Jeſuitarum Collegium viſu digna ſunt.

V.IPE-

V. IPEREN. 5. milliar. Una civitatum celebriorum Flandriæ, in qua diſtincta Cœnobia & templa, præſertim ad S. Martinum & domus ſenatoria magnificentiſſima videnda occurrunt.

P. Vlamertinge, 1. mill.

Vic. Poperingen. 1. mill. elegans & diverſis templis ornatiſſimus in Flandria Germanica.

P. Provene. 1. mill.

P. Ooſt-Capell. 1. mill.

Urbs WINOXBERGEN, vel Bergen S. Wineck. 2. milliar. Vulgò numerantur 7. mill. ab Ipera huc uſque, in Flandria Germanica vel Flaminia, locus ſatis notus.

Urbs DVNKERKE, Duynkirche. 1. & dimid. In hac, alias celeberrima civitate Flandrica, præter Cœnobium Franciſcanorum, Curiam, pulcrarum, benè compoſitarum & ab omnibus ſordibus liberarum viarum ordinem & portum, in quem

naves appellant, pauca occurrunt ſpectatu digna.

ITER XL.

Auguſtâ, *NEVPORTVM*.

Urbs NAMVR. de qua ſuprà.

Ur. GEMBLOVRS. Gemblacum. 3. milliar. Hic Cœnobium eſt celeberrimum S. Guiberti, Ordinis Benedictini & inſtructiſſima Bibliotheca. Abbas eius Cœnobij & Dominus oppidi titulo & appellatione Comitis gaudet, primaſque tenet in Nobilitate Brabandica in conventibus & Comitijs: ſed inter Abbates eſt poſtremus.

Ur. BREINE Alleud, vel Braine Alleu. 4. etiam in Brabantia.

Ur. HALL, Halle in Hannonia. 3. mill. in finibus Brabandicis & 3. milliar. Bruxellis diſſita, celeberrima nomine templi magnifici & peregrinationum, quæ religionis cauſa ad

Divam

Divam Virginem ſuſcipiuntur, & propter ingentes theſauros, qui in illa Æde viſuntur.

P. Galmort. 3. mill.

P. Neerbrakel. 2½. mill.

Urbs OVDENARDE, Aldenarden. 2. mill. Sita eſt ad Scaldim Flandriæ: Eſtque Emporium elegans, pulchrè ſtructum, probè munitum & præcipui nominis.

Urbs HVLSTVM. 4. Flandricæ admodum munita, in regione de Waes vel Was, & in Comitatu Aelſtenſi ſita.

Ur. vel Vicus (eſt n. locus patens) Roſſelar vel Roulers, in Flandria Germanica. 2½. milliar.

Urb. DIXMVIDE, Dixmuda. 3. milliar. etiam Flandriæ Germanicæ, templum habens pulcrè beneq; ſtructum.

Urb. NEVPORT Nieuport. 2½. vel 3. mill. Hic portus eſt tutiſſimus, templum Parochiale ampliſſimum, Cœnobiũ Franciſcanorũ & Arx, quæ

ſpectatu digna ſunt. Oppidum aliàs Flandricum parvum.

ITER XLI.

Auguſtâ BRVXELLAS, Gandavum & Brugas.

Urbs NAMVR.

P. Maſij de quibus locis ſuprà.

P. Tillier. 2. mill.

Ur. GENAPPE. 2. mill. Brabantiæ vel potius Ducatus Lottier, vel Lothariæ. Arcem habet perantiquã, elegantem & munitam.

Ur. BRVXELLÆ. 4. vel 5. mill. Aliàs vulgò 10. milliaria Namurco huc uſque numerantur.

Alia Via.

Urbs NAMVR.

Ur. GEMBLOVRS. 3. mill. De qua in præced. Itinere.

Vic. Waveren. Waure. 3. mill. celeberrimus vicus totius Brabantiæ Gallicæ, ius civitatis habens.

Vic.

Vic. Over Iſca. 1½. mill. etiam in Brabantia Gallica, & fermè iuxta ſilvam Sogni.

Ur. BRVSSEL. 2½. quidam 3. numerant mill.

Vel:

Ur. TREVIRIS, de qua ſuprà, N. XXXVIII.

Urbs Vianden 5. vide ſupr. N. V.

Arx & Vicus Clerff. 2. & dimid. mill. ibid.

Vic. Hoffalize vel Hufalize 2½. in Ducatu Luzēburgico, iuxta flumen Ourt, ubi arx eſt celſa admodum & benè munita.

P. Grammaigny. 2½. mill.

P. Eſtallederrier. 2½. mill.

Urbs Durbuy, Durby. 1. & dimid. mill. in Ducatu Lucemburg. quam circumfluit Ourt, amnis.

Ur. HVY. 4. mill. De hac in Epiſcopatu Leodienſi & iuxta Maaſam ſita civitate, vid. ſup. N. II.

Urb. HANVYE. Hanaut, Hanutum, 3. & dimid. mill. Eſt urbs Brabantiæ perantiqua.

V. INDOIGNE. 2. m. admodum magna, quam ob cauſam nonnulli 3. imò 3. & dimid. mill. numerant. Germani eam Geldenaken, Latini Geldoniam vocant, ſita eſt iuxta lacum Gic, in Brabantia.

Vic. Waveren. 3. & dimid. mill. de quo ſuprà.

Urb. BRVXELLÆ. 4. mill. In hac elegantiſſima, ampliſſimaque urbe, quæ Proregum Hiſpaniæ vel Gubernatorum Belgij, itemque Senatus ſeu Conſilij Hiſpanici Brabantiæ, cuius regionis illa eſt, ſita ad Sennam flumen, ſedes eſt, ſpectatu digna ſeſe offerunt præcipuè, Templum Parochiale S. Gudulæ, ubi Collegium eſt duplex, & conditoria Principum: Collegium Jeſuitarum: Cœnobia Capuccinorum, Carmelitarum, Virginum & alia: Palatium regium atque in eo ſacrarium pulcherrimũ: Item Hippocomium Principis: Armamentarium, Horti amœniſſimi & id genus alia: Curia magnifica: Piſtrinum:

ſtrinum: domus, è qua mutuò petuntur pecuniæ; Palatia diverſa & alia ad amœnitatem & voluptatem compoſita, cùm extra tùm intra urbem.

Vic. Aſcha. 2. & dimid. mill. in ipſa Brabantiâ.

Urbs ÆLST, vel ALOST. Vulgò Bruxellis uſque huc numerantur tantum quatuor milliar. atque ita Aſchâ tantùm. 1. & dimid. mediocria huc uſque numerantur. Eſt Urbs pulchra, ampla & optimè munita iuxta Teneram vel Dender, flumen, ſita in Flãdria & Caput Comitatus, qui ab ea nomen accepit, in qua ſpectari poſſunt templum primarium S. Martini & Curia ampliſſima.

P. Eerdeghem. $1\frac{1}{2}$. mill.

Urbs GENT. Gandavum. 3. & dimid. In hac potentiſſima & per univerſum ferè mundum famoſiſſima urbe Flandrica, quæ inter maximas totius Europæ numerari ſolet, præcipuè ſpectatu digna ſunt: Templum:

plum S. Bavonis: S. Nicolai: Abbatia S. Petri in mōte Blandinbergenſi. Cœnobia Dominicanorum, Carthuſianorum, Carmelitarum, Jeſuitarum, in quibus omnibus pulcherrimæ ſunt Bibliothecæ: Arx ſive La Cour de Prince: Palatium Principis minus ſive Arx: Caſtellum: Turris Belfort; & in ea Campana magna: Rolandus: Caroli V. Imperatoris ſtatua in Foro diei Veneris: Curia magnifica: Pons Doegi, & in eo imago ex ære fuſa filij illius, qui patrem ſuum decollavit, cuique propterea vita donata fuit, & alia plura.

P. Ronſele. 2. mill.

P. Kneſſelare. 2. mill. parva.

Urbs BRVGGA. 2. mill. magn. Eſt hæc ſecunda à Gandavo totius Flandriæ & Regi Hiſpaniarum utraque ſubiecta: in qua viſu digna ſunt 3. templa Collegiata: S. Donatiani, Divæ Virginis & Salvatoris: templū pulcherrimum S. Baſilij: Collegium Jeſuitarū: Abbatia S. Bartholomæi:

Dica-

Dicaſterium: Curia: Palatium, La Franchè appellatum: Burſa: Hortus Sclopetariorum: Aquæductus: officina monetaria, cum alijs rebus plurimis.

ITER XLII.

Auguſtâ LVZENBVRGVM *&* MONTES *Hanno-niæ.*

Quanquam ad hæc loca viâ ſuprà N. 38. notatã, perveniri poteſt: tamen à quodam ſequens notatur, qua Biponte (vulgò Zweybrugg) de qua ſupra N. V. dictum eſt, venitur ad

Arcem Kirchellen, communiter Kirkel. 1¼. mill. Principis Bipontini. Inde non longè ad Silvam, dictam Warnet, magnam, quæ tranſeundo ducit ad

P. Falſchheit, quam Tabb. Chorograph. notant in regione Naſſavia Saræpontana. 5. mill.

Pag. Brotdorf. 2. mill. magn.

P. Hauſen. 1. & dimid. mill. magn. iuxta Saram flumen in Sarapontana ditione, hodie Lotharingię adiuncta.

Arx Freudenberg. $\frac{3}{4}$. Archiepiſcopatus Trevirenſis, iuxta quam vel Vicus vel oppidulum ſtructum eſt.

Pag. Duntlingen, in tabula quadam Dutlingen. 1.

P. Pfalzen ad Moſellam, in Trevirenſi diœceſi. $\frac{3}{4}$.

Urbs Luzenburg. $2\frac{1}{2}$. mill. In hac Urbe quæ caput eſt Ducatus eodem nomine appellati, viſu digna ſunt, templum S. Nicolai pulcherrimum; itemque S. Michaelis: Franciſcanorum & Dominicanorum Cœnobia: Collegium Jeſuitarum: templum S. Matthæi, S. Ulrici & S. Ioannis Baptiſtæ: Domus Teutonica: Virginum Sacratarum S. Spiritus: Palatium Principis: Curia, Cancellaria, & extra urbem, Palatium Mansfeldicum,

atque

atque ibidem Caſtellum ſive Aquæductus: horti delitiarum: Antiquitates: roborariũ, atque id genus alia.

Urbs Arlun. 4. mill. De qua ſupr. Itin. 1.

P. Haban La Vielle 1. & dimid. mill.

P. Le Gliſe, forſitan (L'Egliſe.) 2. & dimid. mill.

Ur. NEVF CHASTEL. 1. mill. Subiecta cum vicino territorio Principi ab Arenberg & Comiti à Manderſcheid: Iuriſdictio v. eſt Lucemburgenſis.

P. Oreſchamp. in Tabula quadam Ochamp. 2. & dimid. mill.

P. Daverdis. 2. mill. magn. vel 3. parva.

P. Beaurein 2.

Urbs CHARLEMONT, ad Maſam. 2. mill. in Comitatu Namurenſi, ſita in monte, eſtque optimè munita.

P. Romeden. 1. mill. Germanic. vel 1. & dimid. Belgic. mill.

Urbs

Urbs FLORENNE vel Florines. 1. & dimid. milliar. Vulgò huc uſque à Charlemont. 3. milliar. numerantur; Sita eſt in Epiſcopatu Leodienſi ſed bellis ita miſerè afflicta & devaſtata eſt, ut vix oppidi alicuius veſtigia retinuerit.

Urbs VALLENCOVRT. vel WALCOVRT. 2. mill. Hannoniæ civitas, ſed relata ad Namurcum, in reliquis Regi Hiſpaniarum paret.

Urbs TVIN. 5. mill. Gallic. etiam in Hannoniæ ſolo, ſed Epiſcopatui Leodienſi ſubiecta.

Urbs BINS, vel Binche. 1½. mill. De qua ſupr. Num. XXXVIII.

Urbs MONTES. 2. & dimid. de qua ibid. Vulgò à Tuin huc uſque 5. milliaria Gallica numerantur.

ITER XLIII.

Auguſtâ, Theonis Villam (Dietenhofen) Cameracum & A-TREBATES (Atrecht.)

Urbs ZWEIBRVGK, de quo Itinere vid. N.38.

P.Limpach.2.mill.ibid. Situs eſt in Comitatu Sarwerdenſi & feudum ab Epiſcopo Trevirenſi. Erat ante bellum exiguus pagus; nunc verò penitus deſolatus.

Urbs SARÆPONS. (Sarbruck.) 3. milliar. ut quidam obſervavit. Alij propinquiore via, ſeu compendio, Blies Caſſel, iuxta Blieſam amnem 1. mill. & Sarbrucken. 2.mill. atque ita 3. tantùm milliar. Zweybrucken huc perveniunt. Eſt Sarbrucken Urbs Weſtraſiæ, iuxta Saram flumen; in qua ante proximum bellum, tanquã in Ca-

in Capite regionis & in pulchra atque egregie ſtructa arce, Comites ſedem habuerunt, & forſitan nunc in eandem remigrarunt.

Urbs FORPACH, Fortbach vel FYRTBACH. 1. mill. Arcem habet & eſt etiam ſita in Weſtraſia. Dicitur quondam ſubiecta fuiſſe Dominis à Reipoltzkirch; nuper verò paruiſſe tribus Dominis, Lainingenſibus puta, Eberſteinenſibus & Freybergenſibus.

Urbs AYOVLT, à quibuſdam S. Avoult & S. Anoult vocata. 1. & dimid. mill. Qualis ſit nuſpiam traditur; ſed in Tabb. Chorographicis & Itinerariis, ut urbs ad Warnet ſilvam ſtructa, notatur: etiam in Novellis oppidum vocatur & forſitan eſt Meterani. l. 53. oppidum S. Avon. vel S. Avau, quod Galli anno 1635. obſidione liberarunt.

P. Hargarten. 2. & dimid. mill. in modo dicta ſilva.

BOſon-

BOſonville vel Boſſonville. 3. mill. parva, in fine modò dictæ ſilvæ, ad flumen Nidam. Notatur & hic locus in dictis Tabb. Chorographicis ut Oppidulum, & additur, Abbatiam eſſe, quæ dubio procul ad Lotharingiam ſpectat.

P. Homborg. 2. mill.

P. Elſingen. dimid.

P. Naſtorf vel Haſtorf. dimid.

P. Stuckingen. 1. mill. parvum.

Urbs DIETENHOFEN. 1. mill. Huius Lucemburgenſis Caſtri munitiſſimi etiam ſuprà facta eſt mentio. Dicitur Gallicè Thionuille & Theōville ad Moſellam, quæ ponte iungitur pulcherrimo. Viſu digna hic ſunt, templum parochiale: Auguſtinianorum & Capuccinorum Cœnobia; Curia; Caſtrum vetus & novum; domus Gubernatoris.

Villers. 3. mill. in Tabb. notatur nomine oppidi & refertur ad regionem ſeu Ducatum BARR, quem Duces Lotharingiæ tempore longo tenuerunt.

Urbs VIRTON vel Verton. 3. mill. magn. in Ducatu Lucemburgico. Intra urbem opulentum templum eſt parochiale, extra verò Præpoſitura.

Chiny. 3. mill. magna. Situs hic locus eſt iuxta piſcoſum amnem Sumoys vel Semoye in Ducatu Lucemburgenſi. Fuit olim urbs mœnibus clauſa: ſed bellis ſuperioribus & mœnia & portas & propugnacula amiſit: quamvis Cives multis adhuc & inſignibus privilegijs gaudeant.

Arx Herbemont 1½. mill. in Epiſcopatu Leodienſi, à qua Comites Eberſteinij ſeſe denominant.

Urbs & Arx BVILLON, 2. mill. ſita ad Semoye flumen, Caſtellum habens munitiſſimum, ſubiecta Epiſcopatui Leodienſi, cum territorio.

P. Chier. 1. & dimid. milliar.

P. Mable. 1. & dimid.. mill. ut quidam hunc locum vocat, ſic quoque notatum in Tabula Chorograph. Leodienſi: licet alij ponant Mambde.

Hinc

Hinc per Silvam Arduennam, ad
P. Ruing. 4. mill.
P. Mering. 1.
Urb. CHIMAY. 3. mill. magn. ſita in Hannonia, ad fluviolum Blanche, vel Biancha, Dynaſtarum à Croye ſive Arſchot: in qua templum Collegiale & Principis à Chimay Arx pulcherrima digna ſunt, quæ ſpectentur.

P. Glaion. 2. mill. celebris cum Arce optimè munita in dicta Hannonia.

Urbs AVESNES, *Avẽna*. 2. Quidam à Chimay huc uſque quinque milliaria notavit. Locus admodum munitus, ad Gepre fluviolum etiam ſitus in Hannonia, & Regi Hiſpaniarum ſubiectus.

Urbs LANDRECHIES, Landreſi. 2. & dimid. Oppidum eſt benè munitum in Hannonia ad Sambre fluvium.

Urbs CHASTEAV Cambreſis vel Chaſteu en-Cambreſij. Caſtellum Came-

Cameraceſij, 1½. vel 2. mill. Subiecta eſt Archiepiſcopo & Duci Cameracenſi, in qua Cœnobium Benedictinorum videatur.

Urb. DVRLACH 2. mill. quæ Principis eſt Badenſis, hodieque Illuſtr. Marchionis Badenſis Friderici ſedes Aulica, in qua ſpectatu digna ſunt Templum parochiale, Collegium & Arx,

Urb. Rottweil 2. & dimid. mill. Urbs est Imperialis, ubi Dicaſterium eſt Imperiale Aulicum. Urb. Villingen. 2. mill. iuxta Brigi fluviolum, munita ſatis, & aquis ſalubribus celebris, Domus Auſtriacæ. Urb. Loſſing $2\frac{1}{2}$. mill. etiam habens aquas ſalutares, Comitum Furſtenbergenſium. Cœnob. S. Blaſij 2. vel 2. & dimid. mill. in Silva nigra, eſtque Abbatia percelebris & opulenta Ordinis Benedictini. Lomat. 2. Urb. Schopfen, in Wiſenthal, Marchionis Badenſis, ad Dynaſtiam Rotelenſem ſpectans. Hinc per Mulberg, Brombach, &c. Urb. BASILEAM. $2\frac{1}{2}$. mill. Comes Biſaccioni in ſua Hiſtoria 10. ponit milliaria Villingâ Baſileam, & totidem Schafhuſiam. Sed noſtra conſignatio ducit

Urb. HERRENBERG. ad quam per pagos Ieſingen, Boltringen, Reiſten & Altingen numerantur 1. mill. magnum vel tres horæ. Duci Wurtembergico paret, in qua templum pul-

pulcherrimum & Arx ſpectatu digna ſunt.

Hinc per pagos, Affſtett, Dakenpfrund & Stammen, ad

Urb. KALB. mill. 1. magn. vel hor. tres. Ducis Wurtenberg. & negotiationibus celebris: extra cuius portam ſuperiorem, in rotundo Colle ſita eſt arx vetuſta Comitum Kalbenſium, eorumq́ue quondam ſedes, in qua carceres ſunt fœdi & infeſti. Qui Tubingâ vel vicinis locis alijs ad aquas Cellenſes proficiſcuntur, plerunque huc perveniunt. Atque hinc ad Cœnobium Hirſaugienſe,

Urb. NEVENBVRG. 2. mill. magnis Kalbâ diſtantem, de qua ſupra Itinere 46.

Urb. DVRLACH 2. mill. quæ Principis eſt Badenſis, hodieq́ue Illuſtr. Marchionis Badenſis Friderici ſedes Aulica, in qua ſpectatu digna ſunt Templum parochiale, Collegium & Arx,

ITER LII.

Auguſtâ HALAM Suevicam.

Urbs NORDLINGA. 9. mill. de qua ſupr. Itin. XI.

Ur. ELLWANGEN. 3. vel 4.

Ur. GAILDORF. 4. Oppidum Limpurgenſe cum Arce, iuxta Cocheram, in quo templum oppidanum ſpectari poteſt.

Urb. HALL. 2. milliar. commun. vel 3. hor. Ut quidam notavit, vulgò 18. mill. Auguſtâ per Norlingam huc uſque numerantur.

Vel ad

Urb. LAVGINGEN. 6. mill. de qua ſupr. Num. 36.

Cœnob. KONIGSBRVNN. 4½. mill. in Valle Brentziana, Wurtenberg. Ducis. Propè eam ſunt fontes Brentzij amnis: atque hinc Nordlingam tria milliaria numerantur:

2. Gien-

2. Giengam & 3. Gemundam Suevicam.

Urb. AALEN. 1. mill. magn. A nonnullis AVLA vocatur & eſt Imperialis civitas, ad Kocheram flumen. Hinc per dictum Gaildorfium, ad

Urb. HALL. 4. mill. magn. Summa 15. & dimid. mill. Atque ſic via hæc compendioſior, quam ſuperior illa, ſiquidem calculus vel ſupputatio propter milliariorum diverſitatem conveniat. Eſt HALA civitas S. Rom. Imperij, in Circulo Suevico ſita, celebris coctura Salis: inque ea ſpectatu inprimis dignum eſt Tēplum S. Michaelis in foro, in loco editiore ſtructum & tabulis ex ære Cyprio intectum; Itemque Sula & Eigaſteria coquendi Salis.

* *
*

ITER

ITER LIII.

Auguſtâ Landſpergam, Inſprugg, Pozen, Tridentum, Venetias, Florentiam & Romam.

Urbs AVGVSTA. Hinc per Campos Lycios ad

Urb. LANDSPERG. 6. mill. parvis vel ſemi-diei itinere equeſtri, æſtate: quo ſpatio omnes pagos pertranſire poſſis.

Quidam petunt pag. Hausſtetten. 1. ad Horreum, quod diverſorium & Landſperg. 2. milliar. ſed parvis omnibus.

Eſt LAndſperg Urbs Bavariæ, in ripa Lyci condita: templum habens & domum profeſſam Jeſuitarum & arcem quoque.

Hinc per pag. Romakeſſel & alia obſcura quædam loca ad

Urb. SCHONGA vel Schongaw. 4. m.

4.m. Sita eſt in loco editiore, præterlabente inferius Lyco, & ſubiecta Electori Bavar.

Pag. Bavaric. Soya. 2. mill.

Cœnob. ETTAL. 2. & dimid. mill. Epiſcopatus Fruxinenſis, Ordin. Benedictini.

Vic. Partenkirchen. 1½. mill. ad Loiſam fluviolum, dicti Epiſcopatus.

Vic. Mittenwald. 3. etiam Friſingenſis Epiſcopatus.

Pag. Scheidnitz. 1. ad Iſaram ubi ad pontem Bavariæ ſive Epiſcopatus Freyſingenſis terminatur & Tyrolenſis Comitatus incipit.

Cœnob. Seefeld. 2. mill. Ordinis S. Auguſtini, ad quod frequentes religionis ergò peregrinationes inſtituuntur, & iuxta quod egregium eſt diverſorium. Hinc per montem Cirle, in

Pagum Cirle. 1. mill. magn. Hinc non procul abeſt paries Martini (vulgò Martins wand:) quo loco in Damarum

marum venatu Maximilianus I. in periculum & diſcrimen vitæ ſeſe præcipitavit. Atque porrò in

Urb. INSPRVGG. 2. mill. parvis à Cirle diſſita. Poteſt verò qui vult magno viȩ compendio huc pervenire, petendo ſcilicet Auguſtâ paguin Ottmarshauſen 3. hor. Pag. Hurlach. 4. hor. pag. Loder 4½. hor. P. Bruck. 1½. hor. Pag. Saummeiſter, ubi copia eſt veredorum. 4. hor. Urb. Fueſſen. 1½. hor. Vic. Reiten, in ipſo Tyrolenſi Principatu. 4. hor. pag. Naſareit. 4. milliar. Pag. Delfs. 3. mill. Urbs Inſprugg. 3. mill. Caſpar Auguſtinus in tabula ſua itinerariâ iter hoc ſic diſponit, Pag. Otmarshauſen. 2. pag. Hurlach. 2. p. Bruck. 2. pag. Gerartshofen 2. pag. Sommeiſter 2. Urb. Fauces, Fueſsen 2. Reiti. 2. Imbſt, Vered. 2. Vic. Naſarcith 2. pag. Betenau. 2. Urb. Inſprugg. 2. milliaria.

Eſt OENIPONS ſive Inſpruck

hoc

hoc tempore Caput Comitatus Archiducalis Tyrolenſis: in qua ſpectatu admodum digna ſunt Templum S. Crucis ſive Franciſcanorum, inque eo mònumentum Maximiliani. I. Imperatoris atque id genus ornamenta pulcherrima alia. Item Templum Jeſuitarum & Collegium: Eremus propè Capuccinorum Cœnobium: Templum parochiale: Arx ſeu caſtrum Principale, quod ſedes eſt nunc Princ. celſiſſimi illuſtriſſimique Ferdinandi Caroli, Auſtriæ Archiducis, &c. aulica, & quæ huic coniuncta ſunt ædificia alia, horti: technophylacium & argenti conditorium: Bibliotheca: Armamentarium: Hippocomium, Leontotrophium: & id genus alia: Cancellaria inſuper aulica & Conſilij palatium. Extra urbem verò Cœnobium celebratiſſimum WIlthan, ordinis Præmonſtratenſis: prædium Ferdinandi Archiducis: atque inprimis magnificentiſſima propè ſita Arx, Ambras

ſive

ſive Ombras, inque ea plurima ſingulariter mirabilia ſpectatu digna occurrunt.

Vic. Matern, Matran vel Matrcũ. 3. mill.

Vic. Steinach. ½. mill.

Pag. Gries. 1. mill. Hinc per Brennam montem, quem nonnulli nomine montium Pyrenæorum indigitant.

Urb. STERZINGEN. 2½. mill. Archiducum Oenipontanorum.

Pag. Mauls. 1. mill.

Sack. dimid, mill. Diverſorium eſt ſolitarium.

Beiſſen. 1. mill. Etiam diverſorium ſolitarium.

Urb. BRIXEN. 1½. mill. In hac Epiſcopali urbe, ubi Rientius fluvius cum Eiſaco coniungitur, viſu digna occurrunt: Templum Cathedrale, Arx Epiſcopalis ſive ſedes aulica & alia.

Urb. CLAUSEN vel Chiuſa. 2. milliar. parvis. Condita hæc eſt iuxta flumen

flumen Eiſacum, atque in celſo Arx Seben, Epiſcopi Brixenſis, quod quidem reditus attinet: Iuriſdictionem verò territorialem habent Auſtriaci ſive Tyrolenſes.

Startz. dimid. mill. magn. Diverſorium eſt ſolitarium.

Colman. dimid. mill. Eſt domus vectigalis Principalis, egregiè conſtructa.

Urb. Polzanum, vulgò Potzen vel Botzen. 3. mill. in Oſtio Eiſaci in Atheſin, pertinens ad Iuriſdictionem Oenipontanam Archiducalem: celebris propter quatuor diſtinctos annuos mercatus, quorum primus habetur proximâ Lunæ poſt Oculi; ſecundus, primo die operario poſt feſtum Corporis Chriſti: tertius 8. Septembr. ſtylo novo: quartus proximâ poſt Andreæ; durantibus ſingulis dies quindecim. Sunt hic ſpectatu digna Templum parochiale, Templum S. Ioannis, Cœnobia Dominicanorum, Franciſcanorum & Capucci-

puccinorum, domus Equitum Ord. S. Ioannis, atque ædificia nonnulla publica.

Pag. Fransuole. $2\frac{1}{2}$. mill.

Vic. Neuemarckt. $1\frac{1}{2}$. mill. Propè hunc Vicum optimè conſtructum arx eſt in monte ſita, Dn. Comitum Trautſamiorum.

Pag. Salurn. 1.

Cœnob. & Pag. S. Michael. 1.

Urb. TRIDENTVM, Trient. 2. In hac Epiſcopali Tyrolenſis Comitatus civitate, viſu digna ſunt, Templum primariũ ſeu cathedrale, D. Vigilio Sacrũ: in quo mõſtratur Simon, unus ex innocẽtibus infantibus: Tẽplum S. Mariæ maioris, in quo concilium habitum fuit: Templum parochiale S. Mariæ Magdalenæ: Collegium Ieſuitarum, & Arx magna Epiſcopalis.

Hinc per celſum, longum & periculoſum aſcenſum, in

Pag. Perzene. 1. mill. magnum.

P. Levego, Levegno vel Leving. 1. mill.

Vic. Burgo vel Burgum. ad 2. ferme milliar. Germanica. Vicus eſt pulchrè ſtructus Archiducalis Tyrolenſis, iuxta Brentam fluvium in Valle Sugana, arcem habens.

P. Grino vel Grigno, vulgò Grimm. 2. mill. Germ. in Comitatu Tyrolenſi.

Primolano 5. Italica vel 1. milliar. German. ditionis Venetæ.

Caſtrum KOBEL, Kobolt, Kofel, Chiuſa vel Cavolo, ſpacio unius horæ equitando contingendum. Eſt hoc Caſtrū in rupibus exciſum quod infernè Brentâ alluitur, inſignis tranſitus ſeu fauces, imperio domus Auſtriacę ſubiectum.

Pag. Ciſmon vel Ciſimont. 2. mill. Ital. Hic locus & ſequentes reliqui omnes ad Rempubl. Venetam ſpectant.

Pag. Carpenedo vel Carpenè, milliar. Germ. Qui Baſſanum petunt, huc non perveniunt.

Vic.

Vic. Caſtel Franco. 18. Italica. 3. & dimid. German. conſtituentia, ad flumen Muſon, caſtellum habens.

Urb. TREVISO, Trevig, Tarviſium magnum 3. mill. Germ.

Urb. MESTRES 3. German. vel 10. Italica milliar. Locus eſt patens & apertus.

Urb. VENETIÆ. 7. mill. Ital. quæ aquis conficiuntur.

Lizzafuſina, Locus obſcurus, quibuſdam ædificiis conſtans; ubi paludes marinæ incipiunt.

P. Dolo, media via inter Venetias & Patavium: in quo, qui navi vehuntur, plerunque prandere ſolent. 1½. mill. German.

Urbs PATAVIUM 2. & dimid. Summa, 5. mill. German. parva, quibus tamen fermè diem integrũ flumine qui vehuntur conſumunt. Terrâ a. qui iter faciunt, à Lizzafuſina tantùm dimidij diei, vel 20. Italicarum menſuram notant.

P. Conſelva 11. mill. Italica.

Urb.

Urb. ROVIGO. 14. mill. Venetorum propria.

P. Francolino 15. pertinet ad Ducatum Ferrarienſem, atque ita Pontificem Romanum. Conditus eſt in ſinu PO vel Padi fluminis, quod Venetos à Pontifice diſterminat.

Urb. FERRARA. vel Ferraria 5. Summa 45. mill. Italica, quæ conſtituunt 9. German. Patavio huc uſque terrâ iter facientibus. Multi verò malunt navi vehi Venetijs Ferrariā, 80. milliar. Italicis, quæ unius diei & noctis ſpacio confici queunt, nempe 25. Chiozza, atque hinc 55. Ferrariam.

Urb. BOLOGNA. vel Bononia 30000. paſſ. vel milliar. Italica, via profunda & lutoſa, quâ nullæ vel urbes vel pagi viſuntur, uno ſaltem & paupere diverſorio in medio eius occurrente: quod alla Scala appellatur, & 15. Italicis, vel 3. Germanicis milliaribus Ferrarâ & Bologna diſtat. Quidam verò diverticulo & ambagi-

bus uſi, alia loca petunt, præſertim pluviis cadentibus: multi autem Ferrariæ ſeſe Reno flumini committunt, quo ſecundo ſpacio noctis unius & dimidiati diei Bolognam contingere poſſunt.

Hinc per Apenninum iter eſt, mõtem Italiam quaſi ſecantem, venitur ad

Pianora, qui pagus diverſoriorum refertus eſt. 8. vel. 10. milliar. Italicis.

Pag. Lojano, in aſperis montibus ſitus 8. Scarica L'aſino. 4. obſcurus pagus in montibus.

Pag. Pietra mala 6. ibi Apenninus excelſus eſt.

Urbs FIORENZOLA. 4. vel 14000. paſſus à Loiano diſtans. Subiecta magno Duci Hetruriæ, ut & pagus dictus Pietra mala: ante quem non procul Sacrario, limites ſunt & termini Bononienſis ſive Pontificiæ, & Florentinæ ditionis.

A dicto oppido Fiorenzola per excelſum montem ad

Urb.

Urb. SCARPARIAM, benè munitam Florentinam. 10. mill. Italica vel 4. horis.

Hinc per dicta montana, quæ paulatim declivia redduntur

FLORENTIAM. 14. mill. vel 6. hor. Summa 56. vel 54. milliar. Italica, Bononiâ huc uſque. Alij aliter numerant; dicente Schotto, utramque urbem 50. milliar. à ſeſe mutuò abeſſe: ad quod ſpatium emetiendum biduum requiratur.

Urb. S. Caſciani. 8. mill. Ital.

Urb. Tavernelle 8.

Urb. Poggibonzi. 4.

Ur. Staggia. 4.

Urbs SIENA vel Sena 6. quæ 30. mill. æſtivo tempore, equo vectus uno die (quanquam citatiore greſſu) conficere poteſt.

Ur. Lucignano. 6.

Vic. Buoncōvento 5. in quo Heinrico VII. Imperatori, venenum ut quidam volunt, propinatum fuit.

Pag. Thornieri. 7. mill.

Vic. S. Quirico. 3. mill.

Arx & Pag. Radicofani 13. hîc magni Ducis Hetruriæ & Pontificis territorium diſterminantur; finiſque eſt viarum benè ſtratarum & munitarum. Pagus vero dictus paret Duci Hetruriæ.

Vic. Ponte Centino. 8. quidam 11. ponunt.

Ur. AQVAPENDENTE 4. Hic viæ incipiunt ſeſe commodiores & faciliores pandere.

Vic. S. Lorenzo. 3. vel 4. Quidam 5. mill. numerat.

Urb. BOLSENA, Bolſeno, Bolzena 2. vel 3. Quidam ab Aquapendente huc uſque 8. quidam mill. 9. numerant.

Urb. MONTE FIASCONE. 7. Locus vino Muſcatellino generoſiſſimo nobiliſſimoque, cuius ille ferax eſt, celeberrimus.

Urb. VITERBO. 8. mill. Caput eſt regionis S. Petri Patrimonij, ſub-

-iecta

iecta ut reliqua loca omnia à Radicofani, Pontifici Romano.

Hinc per montem Ciminum, aſcenſu deſcenſuq; admodum arduum & difficilem

Ur. Ronciglione. 10. mill.

Vic. Monte Roſe. 7.

Vic. Baccano 6. Quidam 8. numerat. mill.

Urbs ROMA. 12. mill. Italica. Cluverius numerat paſſus 15000. à Baccano huc uſque. Vulgò. 5. dierũ iter Florentiâ Romam notatur, quod citra moleſtiam & difficultatem confici poteſt.

ITER LIV.

AUGUſtâ Villacum Carinthiæ & Labacum Carniæ: item Villaco Venetias.

Urbs SALISBURGUM. vide ſuprà iter hucuſque in itinere IX.

Pag. Thornieri. 7. mill.

Vic. S. Quirico. 3. mill.

Arx & Pag. Radicofani 13. hîc magni Ducis Hetruriæ & Pontificis territorium diſterminantur; finiſque eſt viarum benè ſtratarum & munitarum. Pagus vero dictus paret Duci Hetruriæ.

Vic. Ponte Centino. 8. quidam 11. ponunt.

Ur. AQVAPENDENTE 4. Hic viæ incipiunt ſeſe commodiores & faciliores pandere.

Vic. S. Lorenzo. 3. vel 4. Quidam 5. mill. numerat.

Urb. BOLSENA, Bolſeno, Bolzena 2. vel 3. Quidam ab Aquapendente hucuſque 8. quidam mill. 9. numerant.

Urb. MONTE FIASCONE. 7. Locus vino Muſcatellino generoſiſſimo nobiliſſimoque, cuius ille ferax eſt, celeberrimus.

Urb. VITERBO. 8. mill. Caput eſt regionis S. Petri Patrimonij, ſub-

-iecta

iecta ut reliqua loca omnia à Radicofani, Pontifici Romano.

Hinc per montem Ciminum, aſcenſu deſcenſuq; admodum arduum & difficilem

Ur. Ronciglione. 10. mill.

Vic. Monte Roſe. 7.

Vic. Baccano 6. Quidam 8. numerat. mill.

Urbs ROMA. 12. mill. Italica. Cluverius numerat paſſus 15000. à Baccano huc uſque. Vulgò. 5. dierũ iter Florentiâ Romam notatur, quod citra moleſtiam & difficultatem conficipoteſt.

ITER LIV.

AVGVſtâ Villacum Carinthiæ & Labacum Carniæ: item Villaco Venetias.

Urbs SALISBVRGVM. vide ſupràiter hucuſque in itinere IX.

Hinc MAuterdorf trans Taurum Raſtattenſem. Et porrò

Vic. vel pagum. S. Michael. 1. mill. ſitus hic eſt ad radices montis Cattarij (am Kazenberg) & in ditione Salisburgenſi. Hinc per dictum mõtem, à quibuſdam Kaetſchberg dictum (in cuius vertice termini eſſe dicuntur Salisburgenſis & Carinthiaci territorij.)

Pag. Reinbach, à quodam Reinbeck dictum. 1. milliar. ſitum in altero latere montis Cattarij, ad

Urb. GEMVNDAM. 2. mill. Hæc in Ducatu Carinthiæ ſita urbs, iuxta quam flumen Malentein in Lyſeram ſeſe exonerat, ante hac Reitenavienſium fuit: anno verò 1639. ut referunt, emtionis iure ad Comitem Lodronium pervenit.

Vic. Spital. 2. mill. ad Dravum ſitus, arcem habet: ſubiectus ante hac Comitibus Ortenburgenſibus: qui verò, à Domino Gabriele Salamanca orti,

ca orti, omnes nunc diem ſuum obierunt: Forſitan nunc Domino Widemanno Veneto, Comitem ſeſe ab Ortenburg vocanti, paret.

Vic. S. Paternion iuxta Dravum. 2. milliar. Nunc itidem Domini Widemanni, vel novi Comitis Ortenburgenſis: ante hac DD. Kevenhulerorum.

Urb. VILLACVM. Villach. 2. mill. etiam ſitam ad Dravum & Epiſcopi Bambergenſis: in qua frequentes ſunt in Italiam negotiationes.

Hinc Wolfgangus Lazius, per montem Kappelbergenſem Labacum Carniæ tantùm 7. milliaria numerat. Alij vero per urbem Crainburg in Crainiæ ſuperiore iuxta Sauum ſitam (in qua templa quædam cum arce luſtrari poſſunt) Labaco Villacum uſque duodecim milliaria numerant. Quidam Villaco, in pagum Lengfeld ad Sauum unum m. Crainburgum 3. & dimid.

Pag. Kaltenbrunn 3. & Labacum 1. Summa 11½. milliaria Germanica numerant. A dicta urbe Laybach, vel Laubach, quæ Caput eſt Crainiæ infra in alio itinere plura dicentur.

Qui verò ex dicta urbe Villach porro Venetias petituri ſunt, veniũt

In pag. & Cœnob. Arnoldſtein 2. mill. Hoc Cœnobium in pulchro & amœno colle ſitum, Ordinis eſt Benedictini & Bambergenſis Epiſcopi.

Vic. Terle. 1.

Vic. Tervis minor. 1. mill. Quidam 2. habet mill. etiam Epiſcopi Bambergenſis, in quo ſunt officinæ ferrariæ.

Vic. Mal Borgetto, vel Malburget 1. mill. Etiam Epiſc. Bambergenſis, præfecturam habentem.

Vic. Pont à Fella vulgò Pontafel dictum 1. vel 1½. milliar. Vicus eſt elegans, in quo & Italicæ & Germanicæ Linguæ mutuum eſt commerciũ. In medio Pontis, quo Fella flumen iungitur, terminus eſt territorij Bãber-

bergenſis ſive Carinthiaci, & Venetorum incipit, quorum etiam eſt dictus ille vicus Pontafel.

Vic. Clauſen vel Chiuſa. 1. mill. magn.

Urbem VENZONE. vel Beiſcheldorf. 3. mill. Germanica parva. Sita hæc eſt ad flumē Taiamento vel Tilavempto: in cuius ambitu, ut quidam putat, Veterum NOREIA ſita fuit.

Urb. GEMONA, Olim Glemona, 1. milliar.

Urbs S. DANIEL. 1½. mill. ſita in Foro Iulij, in amœno colle, paretq; Patriarchæ Aquilegienſi.

Urbs PORTO, vel, Porto Gruar. 4. mill. Limetto flumen hic ſeſe in Lemenem exonerat, quo navibus pervenitur.

Concordiam dimid. mill. German. Fuit olim Urbs celeberrima, nunc verò locus ſolitudine penè damnatus.

Hinc ad

Urb. CAORLE 4. milliar. Hinc flumine 9. mill. Germanica Venetias uſque numerantur. Venetorum agnoſcit imperium, ubi in templo Parochiali hydria lapidea monſtratur.

Quidam à ſupradicta Urbe Venzone iter capiunt per S. Daniel ad Urb. Valvaſon, etiam in foro Iulij & territorio Veneto ſitam 24. milliar. Italica. Hinc Motta, vel La Motta, (loco perpulchro & amœno ædibus elegantibus ſtructo, in Marca Tarviſina, iuxta flumen Livenza, cuius aquæ mœnia Urbis alluunt) 24. mill. Italica; porrò Foſchetta diverſorium olim ſolitarium 15. milliar. à quo Venetias uſque 15. milliar. Italicis navibus pervenitur.

* *
*

ITER

ITER LV.

Auguſtâ TERGESTVM (*Trieſt.*)

Urbs occurrit GEMONA: cuius loci, quò Villaco pervenitur, ſuprà in præced. Itinere mentio facta eſt.

Hinc

Urb. WEYDEN, quam Itali UDINE, Latini Utinum vocant. 3. vel 3. & dimid. milliar. German. Caput eſt Fori Iulij, Imperio Venetorum ſubiecta.

Urb. PALMA. 3. mill. German. Quidam 8. mill. Italica numerat. Nova hæc eſt atque pulcherrima Venetorum Urbs, optimè munita in Foro Iulij, ſtructa figura orbica ſeu circulari anno 1593. Propugnacula habet novem & portas tres, cum ædificiis & area ſpacioſa & ampla.

AQVILEIA, Aquilegia vel Aglarn,

1.& dimid. milliar. Germ. Eſt locus exiguus & inſalubris, ædificiis paucis & obſcuris, in quo præter religioſos quoſdam, ferè nemo alius, præter piſcatores, habitat. Habet equidem domus Auſtriaca, cui hæc urbs quōdam celeberrima paret, Capitaneum in ea: Sed de Patriarchatu inter ſeſe contendunt Auſtriaci & Veneti: verſaturque Patriarcha hoc tempore Venetijs.

Arx Tybein. ad 2. & dimid. millſ. Germ. maritima, in finib. Fori Iulij & Karſtij, Domui Auſtriacæ ſubiecta. Sunt ab ea non procul Vicus S. Ioannis & thermæ celeberrimæ.

Arx Duino, Duinum. dimid. mill. parvo, in dicto monte loco præruptо, admodum probè munita, opulenta & celebris.

S. Paul dimid. mill. magn. Germ. Dubio procul

Vic. Proſeck. 1. mill. Germ. Maritimus eſt, vocaturque Golfo di Trieſte, Domui Auſtriacæ ſubiectus, & cele-

celebris nomine famaque nobiliſſimi vini, quo valdè delectata fuit Livia, Auguſti Imperatoris Coniux, eiuſque uſura vitam in multos annos produxit.

Urb. TERGESTVM, Trieſt ⅟₂. mill. magn. Germ. Auſtriaca & hæc eſt, pertinens ad Iuriſdictionem Grazenſem interiorem: Sita in littore maris Adriatici, nobilitata maximo reditu ſalis, quod hic excoquitur: ut & proventu vini generoſiſſimi. Cõmoda hic etiam eſt navigatio, qua facilè Venetias perveniri poteſt.

Et hæc quidem itinera ſunt 55. Auguſtâ in loca & regiones Orientis, Septentrionis, Occidentis & Meridiei, quæ hoc libello deſcripta ſunt: quibus ſequentia aliis ex locis in uſum & commodum peregrinantium adiungemus.

ITER LVI.

Baſileâ CVRIAM Rhætorum.

Urbs BASILEA.

Urb. RHEINFELDEN. 2. mill.

Urbs SAECKHINGEN. 2.

Urb. LAVFFENBERG. 2. mill. Germ. de qua ſuprà Itiner. XLVII.

Urb. BADEN. Helvetiæ. 3. mill. de qua ſupra. Itin. 49. Quidam 6. tantùm aut 7. mill. ſed abſque dubio magna & Helvetica, Baſileâ Badam.

Ur. TIGVRVM, Zurch. 3. milliar. vid. ſupr. N. 50.

Ur. RAPERSWEIL. 3. mill. ſita eſt intra Lacum Tigurinum ſuperiorem & inferiorem, ſpectans ad 4. p. Helvetiæ, Uri, Schwiz, Underwalden & Glaris.

Vic. Weſen. 3. mill. vid. ſupr. Iter 48.

Urb. WALLENSTAT. 3. in ſuper. parte Lacus Wallenſis, pertinens

rens ad Dynaſtiam Sargans, ſeptimum & antiquiſſimum Helvetiæ locum.

Urb. SARGANS vel Saruncgans vel Sarngans. 1. & dimid. vel 2. milliar. arcem habet & coniuncta ſeptem antiquiſſimis Helvetiæ locis.

Pag. Ragaz. 1. mill. parvum.

Urbs CVRIA. 1. & dimid. vel 2. milliar. Vulgò 4. Helvetica vel 5. Germanica milliaria à Wallenſtatt hucuſque numerantur. Caput hæc eſt Rhætorum, ſuum proprium habens Epiſcopum. Abeſt à Brigantio 16. horas, pedeſtri itinere, & 10. horas vel 4. milliar. à Feldkurch, iuxta flumen Pleſur: in qua templum Cathedrale S. Martini & S. Regulæ templa; Cœnobium Dominicanorum, Arx cum Curia & domo mercatoria digna ſunt, quæ ſpectentur.

ITER LVII.

Baſileâ Lingonem Champaniæ.

Urbs MVLHAVSEN. 3. mill. magna. Sita eſt in Sundgoia, ad fluvium Illum, eſtque urbs Imperij Romani antiqua, iam autem fœdere Helvetiis coniuncta.

Ur. THANN. 2. milliar. magn. Vulgò Baſilea huc uſque 6. milliar. vel iter unius diei numeratur. Sita eſt in Comitatu Pfirtenſi & in Sundgoia, iuxta Thuram flumen: arx appellatur Engelburg, prope quam nobile illud vinum Ranganum provenit. In hac urbe ſpectatu digna ſunt templum S. Diepoldi. Olim ſubiecta fuit Archiducibus Auſtriæ, nunc in poteſtatem venit Regis Galliarum: cuius gubernator nunc eſt Dn. Ioan. Chriſtophorus à Grun in Bottmingen, &c. nobilis ſuperioris Palatinat.

Urbs & Arx BEFFORT, in Sundgoia, Comitatui Pfirtenſi adiuncta, iam Gallica. 4. mill.

Ur. & Arx ERICOVRT, Hericourt 5. milliar. Comitatui Montisbeligardenſi Wurtembergico annexa.

Arx & Vicus Granges 1. & dimid. milliar. Sub Iuriſdictione Burgundiæ Comitatus ſed hodie Principis Wurtembergici Montpelgardenſis.

Urb. MONTIVSTIN. 3. in dicto Comitatu Burgundiæ ſuperiori.

Ur. CHAREY. vel Charriæ. 1.

Scey. 1.

Bourgingnon 3. mill. magn. quæ tria loca etiam Comitatui Burgundico ſuperiori adnumerantur.

Urb. LANGRES 4. milliar. 9. milliar. German, à Veſoul in finibus Champaniæ & dicti Comitatus, in monte quodam excelſo & rotundo. Epiſcopus huius loci appellatur Epiſcopus Lingonenſis, eſtque in numero Parium Franciæ. Templum primarium huius urbis, eſt S. Mammei,

mei, exiſtimaturque unum ex magnificentiſſimis pulcherrimiſque totius Galliæ templis.

ITER LVIIII.

Baſileâ ad Alpes ſummas (Gotthartsberg) & per eas Bellizonam ITALIAE.

Urb. LIECHTSTAL. 2. hor. in Sisgoia, ſubiecta Civitati Baſilienſi; quam tranſire oportet omnes, qui vel Mediolanum Italiæ, vel Lugdunum Galliæ petituri ſunt.

Urbs ZOFINGEN. 3. mill. magna. Vid. ſuprà Iter 49.

Urbs WILLISAW 2. milliar. in Ergovia ad Wigeram flumen, ditionis Lucernenſis.

Urb. LVCERNA. 2. & dimid. mill. de qua Num. 50. Hic navi conſcensâ pervenitur per Lacum Lucernenſem ad

Vic.

Vic. Altorf. 4.

Vic. Hoſpital 2. magn. vel 3. mill. communia, in regiuncula Urienſi, ad radices Alpium: de quo utroque loco ſupra. N. 48.

Hinc per dictas Alpes ſummas (den Gotthartsberg) in

Pag. Fait vel Faido, ſito in altero montis latere, adeoque in ipſa Italia 3. milliar. Germ. parvis.

Urbs BELLENZ, vel Bellizona, Belinzona, Belitionum 1. & dimid. mill. ad flumen Ticinum vel Teſino: probè munita & cum regiuncula, tribus civitatibus Helveticis, Uri, Suiz & Underwalden ſubiecta.

Hinc pervenitur ad pontem fluminis Treſſiæ, ubi terminus eſt Helvetiorum, & porrò per Vereſio, Tradate & Serona, Mediolanum.

Refert quidam ſeſe Mediolano 24. milliar. Italicis Comũ, inde 8. per Alpes uſque ad lacum Luganũ: hinc 8. per Lacum Luganum; porrò 15. m. Italica

Italica Bellizonam: poſtero die hinc uſque ad Alpes: poſtridie per Alpes (Gotthartsberg) Hoſpitale: ſeq. die 3. milliar. German. Altorſium: hinc milliari uno Germanico trans Lacum, Brunnam: altera die Tugium 2. illinc ad Bremgarten 2. atque ſic Baſileam, per Mellingen & Brugg. 4. mill. Helveticis iter feciſſe.

ITER LIX.

Baſileâ GENEVAM.

Urbs LIECHTSTALL. 2. hor. de qua in Itinere præcedente.

Urbs WALLENBVRG. 3. hor. Sita iuxta Ergezium flumen, ſubiecta ur. à cum Arce in rupe duriſſima celſiſſimaque Baſilienſibus.

Hinc per altiſſimum montem, Havenſtein, dictum, ad

Pag. Ballſtall. 2. & dimid. hor. Solodurenſium.

Claus. $\frac{1}{4}$. hor. ubi Arx eſt munitiſſima

ſima ad cuſtodiendas fauces illas, etiam Solodurenſium.

Urb. WIETLISPACH. 1¼. hor. Sita eſt in veteri Lãdgraviatu Buchsgoviæ, Bernatibus ſubiecta.

Urbs SOLODVRVM 1. & dimid. hor. Sita eſt iuxta Aarã & Emmatium, flumina, atque ordine undecima eſt inter tredecim Urbes primarias Helvetiæ; urbs antiquiſſima & vetuſtate quidem proxima à Treviri, in Germania & Gallia, in qua templum ſummum S. Vrſi: turris quædam vetuſtiſſima, Curia & Armamentarium ſpectare iuvabit.

Hinc per Oppidulum Buren 2. vel 2. & dimid. mill. Helvetic. Bernenſium.

Urb. MVRTEN, vel Morat. 1. & dimid. mill. Helvet. Et hæc quidem via eſt proxima.

Qui verò plurium locorum & rerum cognoſcendarum deſiderio tenentur, Soloduro ad pag. & Cœnobium Frawenbrunn perveniunt, Berna-

Bernatibus coniunctum. 3. hor. Hinc Bernam etiam. 3. hor. porrò Friburgum Nantuatium (quod decimum eſt inter 13. civitates præcipuas Helvetiæ ad flumen Sanam conditum) in quo viſu digna ſunt, Collegium Jeſuitarum; templum Collegiatum Deiparæ Virginis, & S. Nicolai, Cœnobia item quædam cum Curia 6. horis, itinere equeſtri, atque tandem ad dictum Murten 4. hor. de quo poſtremo & aliis locis, uſque Lauſannam & Genevam, ſuprà Itin. 49. actum fuit.

ITER LX.

Berlino ROSTOCHIUM.

Urbs SPANDAW. 2.

Pag. Veltem. 3.

Kremmen. 2½. milliar.

Ur. FERBELLIN. 3. mill. Quidam recto itinere tantum 6. Spandavio huc uſque numerat.

Ur.

Ur. RAPIN vel Rupin. 2. Caput hæc eſt Comitatus huius nominis, Electori Brandeburgenſi ſubiecti.

Ur. WITSTOCK. 4. Numerantur vulgò 12. tantùm milliar. Berlino, huc uſque, etiam D. Electoris Brandeburgici.

Freyenſtein vel Frienſtein 2. mill.

Urb. PLAVEN. 2. vel 3. mill.

Ur. GVSTROW. 5. vel 6.

Urbs ROSTOCHIVM. 4.

ITER LXI.

Berlino DRESDAM.

Urbs BELITIVM, Beliz. 6. Urb. Iuterbock. 3. Urb. Schweiniz, ad Eliſtrum nigrum, Electoris Saxonici. 2. Arx Anneburgum in ſilva (olim Lochaw dicta, etiam Electoris Saxonici) 1. Urb. Mulbergum ad Albim. 4.

Urb. Hayn vel Groſſen-Haan. 4. Urbs Dreſda. 3. mill.

Qui-

Quidam iter convertunt ad Urb. Mittenwald. Pag. Barth. pag. Drebes.p.Grunow. Urb.Groſſen Haan. Urb. Dreſdam.

ITER LXII.

Berlino STRALESVNDAM.

UrbsBERNAW. 3.milliar.

Pag. Schonbeck, in ſilva ſitus. 3. mill.

Ur. TEMPLIN. 2. & dimid. mill. Eſt iuxta hoc oppidulum Marchicū, Dolgen, lacus ille ingens, eius longitudo eſt fermè unius milliaris.

Feldberg, in finibus Marchicis, ſed in Marchionatu Brandeburgenſi ipſo.2.& dimid.mill.

Ur. STARGARD. 3. & dimid. milliar. in Megapolitano Ducatu.

Ur. NEVBRANDENBVRG. 2. etiam Ducis Megapolitani.

Ur. TREPTAV, iuxta Lacum Tollen-

Tollenſem in Pomerania. 2. & dimid. mill.

Ur. DEMMIN. 5. mill. celebris Pomeraniæ civitas, iuxta Pocnem, Lacum Tollenſem & Trebelam, ubi arx eſt probè munita.

Ur. GRIMMEN. $3\frac{1}{2}$. mill. Perantiqua Pomeraniæ civitas.

Urbs STRALESVNDA. 4. mill. de qua alio loco huius libelli.

ITER LXIII.

Berlino MAGDEBVRGVM.

Urbs SPANDAW. 2. mill.

Vic. Weſtermarck 2.

Pag. Tremmen. 1. Olaus Ioannis 4. milliar. à Spandau huc uſque notat: ſed 3. tantùm ſunt. Eſtque dimidia hic via inter Spandau & Brandenburg.

Ur. BRANDEBVRGVM vetus, 3. milliar.

Ur. ZIEGESER, Marchica. 3. mill.

Vic. Hohẽzegats, ut tabulæ Chorographicæ nuncupant. 1. milliar. Hulſius per Grunewald 3. mill. ponit.

Vic. Zypel 5. & dimid. Hulſius 2. & dimid. tantùm notat.

Ur. MAGDEBVRG. 2. & dimid. Hulſius tantùm 1. & dimid. Quidam 10. alii 11. nonnulli 12. milliar. Brandeburgo Magdeburgum numerant.

ITER LXIV.

Bernâ Helvetiæ VLMAM & NORIBERGAM.

Hac via atque itinere utuntur, qui Lugduno Gallorum Noribergam proficiſcuntur, id quod ſuprà, à nobili ſcilicet illo Emporio Bernam uſque. Num. 49. deſcriptum eſt. Hinc porrò perveniendum eſt, ad

Urb.

Urb. BVRGDORF. 1. milliar. magn. de qua ibidem.

Urb. ARBVRG 3. milliar. ad flumen Aaram, in latere Argoviæ: Arcem habet, in monte ſitam, eſtq́; Præfectura Bernenſis.

Urb. ARAW, Arovium. 1. milliar. magn. Libera civitas eſt, ſub patrocinio & tutela Bernatium, in dextro latere fluminis Aaræ, arcem habens.

Urb. LENZBVRG. 1. mill. magn. condita eſt in ripa Aæ fluminis, imperio Bernenſium ſubiecta, habetque Arcem Principalem in rupe celſiſſima ſtructam.

Urb. MELLINGEN. 1. de qua Num. 49.

Urb. BADEN. 1. ibid.

Urb. KEYSERSTVL 1. & dimid. infra Oſtium Glatæ fluminis in Rhenum ſeſe exonerantis, Epiſcopo Cõſtantienſi ſubiecta. Iuriſdictionem verò territorialem Helvetij, ad præfecturam Badenſem ſibi vendicant.

Ur. SCHAFHAVSEN. 2. mill.

Urb. DIESSENHOFEN.1.

Ur. STEIN.1.

Ur. STECKBORN.2.

Ur. CONSTANTIA. 2. Hinc trans Lacum Bodamicum ſeu Bodmicum ad

Ur. MORSPVRG.1.

Ur. BVCHHORN. 2. Quidam Morſpurgo ad Marchdorf. 2. atque hinc Ravenſpurgum uſque 3. mill. ponunt.

Ur. RAVENSPVRG. 2. de quibus octo urbibus vide Iter 49.

Cœnob. Weingarten, uno mill. parvo dimidio, vel $\frac{3}{4}$. hor. Prope hoc celeberrimum Ordinis S. Benedicti Cœnobium, conſtructus eſt famoſiſſimus ille Vicus Auſtriacus, ALTDORF. ubi Iudicium eſt ſeu Dicaſterium Provinciale.

Urb. WALDSEE. $1\frac{1}{2}$. vel 2. mill. Ravenſpurgo, Domui Auſtriacæ ſubiecta; ſed DD. Dapiferi à Waldpurg Wolfeck in oppidulo domum habent Præfecti, atque extra illud

Arcem

Arcem eiuſdem nominis, quo etiam titulo atque appellatione gaudent. Habet etiam Oppidum Præpoſituram.

Urb. BIBERACVM, Bibrach 2. mill. Imperialis, iuxta Ruſſam flumē condita, à qua non procul Aquæ ſunt ſalubres, Iordanis, dictæ; in Urbe verò eſt Xenodochium ſeu Gerontocomium celebratiſſimum, iure Aſyli in cædibus ſeu homicidiis fortuitis munitum, quo percuſſores intra illud & paſſus aliquot, impunitate gaudent. Spectatu quoque dignum eſt templum parochiale S. Martini, celſiſſima turri conſtructum.

Pag. Baldringen. 1. mill.

Vic. Laupheim. ubi duæ ſunt arces, nobilium à Welden.

Pag. & Arx Achſtetten. ½. mill.

Pag. & Arx Delmeſingen ½. mill.

Pag. Goecklingen, iuxta quē per pontem Danub. tranſitus eſt. ½. mill.

Urb. ULMA. ½. milliar. In hac celeberrima Imperij Romani & Circuli

 Suevici

Suevici urbe,in qua conventus civitatum Suevicarum inſtitui & haberi ſolent, viſu digna ſunt, Templum ſummum: Templum S. S. Trinitatis: Cœnobium Franciſcanorum inque eo Auditoria & Muſea Gymnaſij celeberrimi: Xenodochium: Cœnobium S. Michaelis, vulgò Wengenſe dictum: Domus vulgò Teutonica: Congregatio Virginum Deo ſacratarum: Ludus literarius Germanicus & præcipuus: diverſæ Bibliothecæ: Orphanotrophium: Curia: novum ædificium vel ſitophylacium: nova ſtructura in foro vinario, in quo Comitia conſularia haberi ſolent: Theatrum, in quo Exercitia Scenica exhibentur: Armamentarium: Prytaneũ: Granarium: Molæ aſinariæ vel equariæ: domus mercatoria: horti pulchri & amœni: technophylacium D. Ioſephi Furtenbachij, eiuſque domicilium & hortus cum Hydrotechne, &c.

Pag. Naw, vel Langenaw. 2. milliar. de quo N. 5.

Urb. GIENGA. 2. milliar. Imperialis civitas ad Brenzium amnem: in qua tamen, quoniam 5.15. Septembr. anno 1634. tota, exceptis quatuor exiguis ædibus, conflagravit, pauca viſu digna occurrunt. Extra urbem ante portam Memmingenſem aquæ ſunt ſalubres.

Arx & pagus Diſchingen. 2.

Urb. NORDLINGA. 2. milliar. In hac S.R. Imperij urbe, quæ 11. Decembr. ſtyl. vet. anni 1647. maximam ex incendio cladem paſſa eſt, præcipuè viſu dignum eſt templum primarium & parochiale, inſigni turri conſpicuum: Curia item & domus mercatoria: Diæta item Civium.

Urb. OETTINGA. 2. mill. de qua ſupr. N. 23. Cui in hac nihil eſt, quod agat, relicta ea à latere, perget ad

Pag. Oſten. 1½. milliar.

Urbs GVNZENHAVSEN. 1. & dimid. milliar. ſita eſt iuxta Almulam flumen, ad ſilvam, milliari uno Weiſſenburgo Nordgoviæ, ſubiecta

Principi Brandeburgico Anſpacenſi.

Pag. Ehrling. (aliter Erlbach.) 1. mill. Hinc per Waſſermonheim ad

Urb. SCHWABACH. 3. mill. in ripa fluminis eiuſdem nominis præfecturam habens, quæ ad Principem Brandeburgicum & gubernationem Onoldinam ſeu Anſpacenſem ſpectat. Una eſt quatuor ſummarum præfecturarum Burggraviatus Noribergenſis.

Hinc per vicum Mulhofen, ad

Urb. NORIBERGAM. 2. milliar. In hac S. Romani Imperij celeberrima Urbe, inprimis, ut ſpectentur, digna ſunt, Templum S. Sebaldi: S. Laurentij: Virginis Deiparæ: S. Egidij & alia: item Bibliotheca Reipubl. in Cœnobio Dominicanorum: Arx ſeu caſtrum Imperiale: Curia: Armamentarium: Prytaneum: Granaria: Theatrum novum: pons macelli quo Pegniſus flumen iungitur: Macellum ipſum, eiuſque ſignum characteriſticum, bos nimirum ex ſoli-

do la-

do lapide ſculptus : fons pulcherrimus in foro ſenatorio : ſeptem pharmacopolia : horti complures amœniſſimi, reſque aliæ cùm à Natura tùm ab arte hominum profectæ, admirandæ & raræ.

ITER LXV.

Bolzenâ (Botzen) Tyrolis, Pettaviam, (Pettavv) Styriæ.

Hoc itinere etiam Veteres uſi ſunt; quanquam loca tum temporis pleraque aliis appellationibus notata, multa quoque non ſic culta fuerunt. Hoc verò itinere ex Botzen, vel Potzen, de qua ſupra 53. occurrit

BRIXIA. 6. mill. de qua & via huc ducente, ibidem.

Pag. Mulbach. 2. mill.

Urbs & Arx Brauneck vel Bruneckh. 2. mill. Comitatus Tyrolenſis, iuxta Ryenezium flumen, ſpectatque

unà cum arcè ad Epiſcopum Brixienſem. Quidam viam Brixiâ Mulbachium uno tantum milliar. tranſeundo notat, ad Vicum Ehrenburg 2. mill. Vic. Branich ad Aicham. 1. mill. magno & Brauneckum 3. milliar. atq; hac ratione 6. mill. Alius verò quidam & diſtincta Itineraria, non plura quàm 4. mill. Brixiâ hucuſque numerant.

Arx & Vic. Doblach vel Toblach, etiam ad dictum flumen Ryencczium ſitus, 3. milliar. à Brauneck.

Hinc per celſa montium iuga Vic. Innichen. 2. mill. Latinè hic locus Aguntum vocatur, ſitus eſt in Comitatu Tyrolenſi ad Drauum, cuius fontes proximè eum exoriuntur.

Ur. & Arx LIENZ vel Loncium. 4. mill. iuxta Drauum, ubi Iſola in eum ſeſe exonerat, in Comitatu Tyrolenſi, in qua Cœnobium Carmelitarum ſpectatu dignum eſt.

Vic. Ober-Draaburg, ad Drauum. 2. mill.

2. mill. in finibus Comitatus Tyrolenſis, ſed in ipſa Carinthia.

Vic. Greiffenberg. 2. mill. parva.

Vic. Steinfeld. 1. mill. Quidam Loncio huc uſque 4. mill. tantum numerant.

Vic. Sachſenburg, vulgò Saxenen, à quibuſdam Sachſenheim & Sachſenfeld, ſed ineptè appellatus. 2. mill. Situs eſt cum tribus arcibus in Carinthia ſuperiore, Epiſcopi Salisburgenſis.

Vic. Spital. 2. mill.

Vic. S. Paternion. 2. mill. magna.

Urbs VILLACVM. 2. mill. de quibus locis tribus ſupra. 54. Itin.

Urbs CLAVDII-FORVM (Klagenfurt) 4. mill. Caput hodie eſt Carinthiæ: in qua templa quædam, interque ea Jeſuitarum & Franciſcanorum: item Burgum ſive Arx: Ædificiũ novum: Buleuterium Ordinum & Curia, viſu digna ſunt.

Urb. VOLCKMARKT vel Volckelmarckt iuxta Draurum, etiam in

Carinthia. Quidam 6. habet. Eſt hic Præpoſitura: ipſa verò urbs Domui Auſtriacæ ſubiecta eſt.

Vic. Lavamund, iuxta quem Lavanda in Dravum ſeſe exonerat. 4. milliar. Arcem habet & Urſenbekiis parere ſcribitur.

Vic. Under-Draaburg. 2. mill. in finibus Carinthiæ & Styriæ, ſed in Carinthia adhuc. Arcem habet & Præpoſituram.

Vic. & Arx Maut, in Styria ad dictum Drauum. 2. mill. magna.

Vic. Merenburg vel Maerenburg. ad prædictum amnem. 2. mill. parva.

Urbs MARCHBVRG. vel MArburg ad Drauum in Carinthiæ Ducatu 2½. mill. duas arces habet, extra & intra urbem, quæ Archiducalis eſt: arces verò aliis, ut oppignoratæ, ſubiectæ ſunt.

Urbs PETTAV. 4. mill. Itidem ad ſæpius dictum fluvium, Drauum, in regione Styriæ condita. 4. milliar. infra Rackerſpurg: in qua Dominica-

norum

norum & Minoritarum Cœnobia: Templum parochiale: Curia: atque extra urbem, Cœnobium Capuccinorum & Arx, viſu digna ſunt. Arx eſt Tanhauſenſis: Urbs verò Archiducalis ſive Domus Auſtriacæ.

ITER LXVI.

Brunſvvigâ CASSELLAS Haſſiæ.

Pag. Gittelde. 1. mill.

Arx. Lichtenberg. 1. & dimid. deſolata neque procul ab ortu Fuſę fluminis ſita in regione Brunſvicenſi.

Pag. Watkenſtede. 1. milliar.

Arx. Woldenberg. 1. mill. in Epiſcopatu Hildesheimenſi; ſed ſubiecta unà cum Comitatu Brunſvicenſi.

Urb. BOKELEM, Bokenem vel Bokelheim. 1. unà cum arce in dicto Comitatu Woldenburg.

Urb. LAMSPRING. 1. in Epiſcopatu Hildesheimenſi, iuxta fontes

fluminis Lambe , etiam Principis Brunſvicenſis: ibi Cœnobium quoddam eſt Virginum ſacratarum.

Urbs GANDERSHEIM. 1. & dimid. milliar. Porrò trans Leinam ad

Urb. EINBEKAM 1½. mill. vel 2. mill. parva.

Ur. NORTHEIM. etiam. 1½. vel 2. parva milliar.

Ur. NORTEN. 1.

Ur. GOTTINGEN. 1. mill. magn.

Ur. MVNDEN. 1. mill. commun.

Ur. CASSEL. 2. de quibus poſterioribus locis alibi in hoc ipſo libello, ut ex Indice videre licet.

ITER LXVII.

Bremâ LINGEN & AMSTElodamum.

Urbs BREMA. de qua Itinere 22.

Vic. & Arx Delmenhorſt. 1. mill. mag.

mag. iuxta flumen Delmen, non procul à Viſurgi in Weſtphalia, Comitis Oldenburgici.

Ur. WILDESHVSEN. iuxta Hũtam 2. mill. Vid. 30. Iter.

Ur. KLOPPENBVRG. 3. milliar. de quo ſupr. Itiner. 31.

Ur. HASELVNEN. 4. mill. ad fluvium Haſam, eſtque Monaſterienſis.

Ur. & Arx LINGEN. 2. Caſtrum eſt probè munitum, nunc Epiſcopatus Monaſterienſis, devoluta ad eum emptione anno 1649.

Urb. NIENHVS, in Comitatu Bentheimenſi, 4. mill. de qua ſupra. 32.

Vic. Hardenberg. 4. mill. In Iſala ſuperiore, Ordinum Belgicorum: iure gaudens civitatis: quem commodum omninò reddit VECHTA ſive Vidrus.

Urb. SCHWOLLA. 4. mill. vid. ſupr. 33.

Urb. HASSELT. 1. mill. iuxta Vidrum in Over-Iſſel.

Caſtr.

Caſtrum Swarte SLVIS. 1. mill. Porrò ab hocce, navi conſcenſa per

AMSTERODAMVM. 18. mill. De qua urbe ſupr. N. 35.

ITER LXVIII.

Bremâ FRANCOFVRTVM Mœni.

Urbs MINDEN, quemadmodum via illa ſuprà N. 22. notata fuit.

Arx Berge, vel Domus montis. 1. milliar. Tranſitus eſt ad Viſurgim unà cum Comitatu, Epiſcopatui Mindenſi ſubiectus.

Arx Furenholt, ab alio Fornholt 1½. mill. iuxta Viſurgim & Comitum, (ut fertur) Lippienſium.

Ur. RINTELIA, Ryntelen, Rentelen 1½. Itidem iuxta Viſurgim qui ponte iungitur, Comitatus Schawenburgenſis: in qua anno 1621. Academia conſtituta eſt.

Urb. ALENDORF, Oldendorf, vel

vel Oldendorp. 2. milliar. parvis etiã ad Viſurgim, in Comitatu Schauenburgico.

Urbs HAMMELIA. 1. & dimid. vel 2. milliar. Putatur vulgò, dictam Urbem Rinteliam media inter Mindam & Hammeliam viâ, ſitam eſſe. Eſt hæc urbs iuxta Viſurgim condita, Ducum Brunſvicenſium: neque tantùm ob loci ipſius munimenta, verùm etiam facti cuiuſdam memorabilis & tragici cauſa celebris, quód in ea accidit, an. C. 1284. cùm glirium quidam captator, centum & triginta liberos è civitate ſecum extra portas eduxit, omnib. exceptis duob. (ut quidã tradunt, atq; ipſi quoq; Hammelenſes credunt,) diſparentibus & amiſſis.

Ur. BODENWERDER. 2. Etiam ad Viſurgim & Brunſwicenſis.

Arx Poll vel Polle 1. milliar. magn. Arx Brunſvicenſis montana, ad Viſurgim; oppoſita areæ, in qua olim Caſtellum Eberſtein ſitum fuit.

Cœno-

Cœnobium CORBEIVM. Imperialis & libera monachorum Abbatia iuxta Viſurgim, quæ ſtatus eſt Imperij & ad Circulum Weſtphalicum refertur.

Urbs BEVERVNGEN, vulgò Beveren & Bever dicta. 2. milliar. in Epiſcopatu Paderbornenſi.

Urbs & Arx DRENDELBVRG. vel Trendelburg. 2. mill. Sita ad Dymelam in inferiore Principatu Haſſiæ.

Urbs MVNDEN. 2. mill. Principis Brunſwicenſis, de qua ſupr. N. 23. Vulgò inter Mundam & Mindam 16. milliaria numerantur.

Urb. CASSELLÆ. Caſſel. Caput hæc urbs eſt inferioris Haſſiæ Principatus & Principum iſtius lineæ ſedes, ſita iuxta Fuldam flumen: in qua ſpectatu digna ſeſe exhibent, Templum Cathedrale S. Martini in Aſylo: templum parochiale veteris urbis: Collegium Adelphicum, in quo Gymnaſium Principale: Arx Princi-

pis e-

pis elegantiſſima & quæ huic coniuncta & connexa ſunt, horti nimirum, hippocomium, arena; &c. Itemque Domus Naſſovia: telonium: domus mercatoria: pons lapideus, quo Fulda iungitur; molendinum novæ urbis duodecim rotarum: Cancellaria: Armamentarium: granarium: macellum: pecorum ſtabula, Theatrum, &c.

Urbs FRITZLAR. 3. de qua ſupra. N. 3.

Pag. Gilſenberg. 3.

Urbs RAVSCHENBERG. 2. mill. in Comitatu Zigenheimenſi Caſſellano.

Urb. MARPVRG. 1. mill. magn. de qua ſuprà N. 31.

Urbs GIESSEN. 3. mill. in ſuper. Haſſiæ principatu, munitiſſima: in qua templum S. Pancratij, Collegiũ, anno 1607. conſtitutæ Academiæ: ſedes & aula principalis & Armamentarium inſtructiſſimum viſu digna ſunt.

Arx & civitas Butzbach. 2. milliar.

Urb.

Urbs FRIDEBERGA. 1. milliar. magn. de his duabus civitatibus Vide ſupra, Itinere 33.

Urbs FRANCOFVRTVM. 3. mill. De qua etiam ſuprà N.4. ſumma 18. milliar. Caſſellis huc uſque. Hulſius Num. 76. Iter Lubecâ per Bremam huc uſque Francofurtum ſcilicet, deſcripſit, ſed milliaria non notavit: ducitque illud ex prædicta urbe Lubeca, ad Oldeslo, Hamburgum, Staden, Bremerfort vel Vordã, Bremam, Delmenhorſt, Wildeshauſen, Vecht, Drechsuorden, Oſnabrug, Munſter, Anricht, Rynn, Winterberg, Wetter, Marpurg, Gieſſen, atque ſic porrò.

ITER LXIX.

Bremâ COLONIAM RHENI.

Vicus & Arx Delmenhorſt. 1. milliar.

Urbs

Urbs WILDESHAVSEN. 2.mill. De his utriſque vid. ſuprà. N.66.

Urbs VECHTE.3. in Weſtphalia, Epiſcopatus Monaſterienſis.

Urbs VORDE, à quibuſdã Vohr dicta. 4½. ut quidam notat, quanquã alius 6. tantum à Wildeshauſen huc uſque numerat. Spectat hic locus ad Epiſcopatum Oſsnabruggenſem.

Urbs OSSNABRVGG. 4. vel 5. hor. alio quodam 3.& dimid. milliar. numerante. De hac urbe vide Iter 31.

Pag. Lengerick. 4. Pertinet ad Arcem Teklenburgenſem. In hoc pago, q Monaſterij & Oſsnabruggæ faciendę pacis ergò verſati ſunt, ſæpè conventum egerunt.

Urbs MVNSTER. 3. communia, vel 4. parva milliar. Vulgò 5. magna milliaria numerantur, vel iter unius diei huc uſque de Oſnabrugo. vid. Iter ſup.32.

Bockholt. 1.& dimid. mill. Dubio procul

procul oppidum Bocholt in Epiſco-patu Monaſterienſi intelligitur.

Ludinckhuſen vel Ludinghauſen 2. milliar. magna. Arx munitiſſima eſſe in Epiſcopatu Monaſterienſi traditur.

Urbs WERNE. 1. mill. Scribit quidam hanc urbem à Monaſterio diſtare itinere pedeſtri unius diei. Sita eſt iuxta Lippiæ fluenta, referturq́; unà cum Præfectura ſua ad Epiſcopatum Monaſterienſem.

Urbs LVNEN. 2. mill. Condita eſt iuxta Lippiam amnem in Comitatu Marcano; hodie ſubiecta Electori Brandeburgico; eſtque tranſitus hic præcipuus per Lippiam flumen in Epiſcopatum Monaſterienſem.

Urbs DORTMVND. 2. mill. parva. Quidam unum tantùm milliare ponit. De hac urbe vide ſuprà 33. ITER.

Vic. Gevelsberg. 3. mill. Quidam hunc locum Cœnobium notat, ab a-

ab aliis vicus, Comitatus Marcani, in finibus Montium ſitus eſſe traditur.

Vic. Wormskirchen. 3. milliar. magnis in Ducatu Montenſi.

Urbs COLONIA. 3.vel 4. vid. ſupra.Iter 3.

ITER LXX.

Vratislaviâ Sileſiæ CRACOVIAM Poloniæ.

Urbs BRESLAV.de qua vid.ſupr. N.20.

Urbs OLAV. 4. iuxta Olam flumen, in Principatu Brigenſi, arcem habens Principalem.

Urbs BRIEG. 2. mill. Caput eſt & ſedes aulica Principatus dicti : in qua Templum Cathedrale:parochiale S. Nicolai: Schola illuſtris: Schola oppidana : arx Principis, in qua Lignicenſes & Brigenſes Principes

(& ex illis Ioannis Chriſtiani qui in Boruſſia mortuus eſt, filius natu maximus Georgius non ita pridem aulicam ſedem habuit, ſed nuper mortuus eſſe fertur) habitare ſolent; & quæ huic coniuncta ſunt: ut & Curia & Armamentarium cum molendino Principis ſpectatu digna ſunt.

Urbs LOBEN, vulgò Lewyn dicta. 3. aliis. 2. & 4. milliar. notantibus, refertur ad prædictum Principatum Brigenſem Sileſiacum.

Urbs OPPELN. 3. & 6. milliar. Brigâ. Caput eſt Principatus huius nominis, pignori data Regi Poloniæ Uladislao anno 1645. à Ferdinando III. ad annos uſque 50. quam tamen Caſimirus, qui nunc regni faſces tenet, fratri ſuo tradidit. Spectatu hic digna ſunt templum Cathedrale, templum Cœnobij, Xenodochium magnum & Curia.

Urbs STRELITZ 5. vel 6. milliar. in prædicto Principatu Oppelienſi & intra has duas, Nackel.

Urb. & Arx TOST. etiam Oppelienſis.2. milliar.

Urbs TARNOWITZ. 4. mill. A quodam Polonicè Tarnoſſsgigura, vel ad Montem, vocata. Quidam 4. tantùm habẽt mill. Strelizâ hucuſque: & 4. ad Benſchin. dicentes: Tarnovizam medio inter hæc duo loco ſitam eſſe. Ante hac Princip. Iagerndorfenſis, ſed anno 1617. regno Bohemico addicta: Ferunt uno abhinc milliari, fines eſſe atque terminos Sileſiæ: quanquam tribus à Briga milliaribus omnes linguâ Polonica utantur.

Urbs BENSCHIN. 4. vel 5. milliar.

Ur. SLAKA.3.mill.

Schedliz.3.vel 4.mill.

Urbs CRACOVIA. Krackau. De hac urbe, quæ totius regni Polonici caput eſt, deque tribus præcedentibus locis, vide ſupra Iter 21.

Hulſius Tarnowitzio Cracoviam uſque 11. tantũ ponit milliaria, utpo-

te. 4. ad Slaukow. 4. ad Schedliz (quem locum ipſe pagum vocat.) & 3. mill. Cracoviam, ſed contrà omittit Benſchin. Quidam, qui hac via uſus eſt, Cracoviam & Uratislaviam 36. milliar. à ſeſe invicem diſtare tradit, & perveniri à Tarnowitzio ad Urbem Olkiſch, vel Polonice Olkuſcha, circa quam fodinæ metallicę inveniantur, 7. mill. & hinc Cracoviam. 4. milliar.

ITER LXXI.

BRESLAVIA EPPERIES ſuperioris Hungariæ.

Quidam, hoc itinere peregrinatus, ſic illud notavit: Olaw. Brig. Ratibor. Freyſtatt.

Urbs TESCHEN, ad 24. Uratislaviâ remota.

IAblunca 2. mill. montes excelſi, arboribus conſiti & tranſitu anguſti in finibus Hungariæ, In cacumine eius in-

ius interdum eſt propugnaculum. Inde deſcenditur in horrendam & profundam vallem, ſemperque propter graſſatores & iter infeſtum, præſidio & comitatu opus eſt.

Vic. Newſtatl.

Urbs SYLEIN. in amœna quadā valle, mediocris latitudinis, iuxta Wagam flumen & 11. milliar. à Teſchino diſtans. A Neuſtatl hucuſque anguſta quædam, confragoſa & profunda vallis eſt, rupibus excelſis utrinque ſuperincumbentibus; hic verò Syloni, iucunda ſunt prata, atque ex utroque vallis latere excelſi montes, quibus arces pulcherrimæ ſunt impoſitę maximam partem Domino Illieshaſij ſubiectę.

Vic. Warna, in Comitatu Arawa ſuperiore Hungarico ſitus.

Rusna hora, mons præceps & præruptus & ſilva admodum denſa & opaca: atque à dicto vico Warna uſque

Roſēberg (de quo infra in itinerib.

Viennenſibus) omnia horrent montibus altiſſimis; profundis & lapidoſis vallibus & ſilvis denſis. Roſenbergâ pervenitur ad

Vic. S. Nicolai.

Urb. LEVTSCHAV.

Urb. WALLENDORF. quæ una eſt ex tredecim Hungariæ oppidulis, regno Poloniæ ſubiectis.

Vic. Krumbach. Multę in hac vicinia ſunt fodinæ metallicæ & officinæ ferrariæ.

Urb. EPPERIES.

II. Alio tempore ſupradictus honoratus peregrinator itinere profectus eſt Breſslavienſi Cracoviam 36. milliar. Cracoviâ porrò venit

Willitſcka, ubi fodinę ſunt Salia res. 2. mill.

Starijmiaſta vel Sants antiqua. 8. milliar. transmittens Dunizium amnem rapidum & magnum. Porrò ad

Krumbach, ſilvam, intra duas anguſtas & ſalebroſas vias. 2. milliar.

Arx & Vic. Lublau. 4. Quondam

Arx

Arx erat Hungarica limitanea, nunc regno Polonico adiuncta, ſita in Zepuſienſi dynaſtia.

Urbs BVDLEIN.

Urbs & Arx KESMARKT.

Urbs LEVTSHAV. 2. & 6. milliar: à dicto Liblau.

Vic. Kirchdorf. 1.

Urbs EPPERIES. 5. mill. De quibus locis poſtremis, infra in Itinerib. Viennenſibus dicetur.

III. In reditu venit in regiam Hungaricã civitatem liberam ZEBEN. 2. milliar. ab urbe Epperies: hinc porrò in Vicum Siben-Linden. 2. Vic. & Arcem Plautſch. 2. mill. Deinceps per celſos montes, valles profundas & ſylvas horrendas è finibus Hungaricis ad limites Poloniæ & ad dicta loca Piviutze, Starijmiesta, Limanova, Wilitſcka, ad Poppartum, flumen (per quod propter curvitatem milliaribus 40. navigandum eſt) atque inde Cracoviam & Uratislaviam: & hoc iter, eſſedo vectus ex

Epperies ſpatio 7. dierum confecit. Refert etiam alio quodam loco, ex Epperies Bartfeldam liberam Hungariæ civitatem 4.milliar. inde Urb. Hribowa. Urb. & Arcem Saklutſchin, iuxta flumen Dunaizium, Urb. Bochine, locum Polonicum, in quo Sal è Saxis effoditur, Cracoviam iter ſuſcipi poſſe.

IV. D. D. Frolichius Mathematicus regius Hungaricus, iter ex ſupra dicta urbe KESMARCKT Uratislaviam; quod Locorum appellationes attinet, ſic notavit.

Urbs KESMARCKT. vel Keyſermarckt, Cæſareopolis ſita eſt in Comitatu Zepuſienſi, iuxta Carpathum montem, atque in finibus Hungariæ & Poloniæ 2.milliar. à Leutſch & 8. à prædicta urbe Epperies, hac parte, in qua ſpectatu digna ſunt Templum Germanicæ & Slavonicæ nationis: Schola: Arx: Curia cum nova elegãtique turri: libripendium, & turris admo-

admodum craſſa in porta Urbis ſuperioris. Hinc porrò

Pag. Landeck. 1. mill.

Pag. Razwinckel. 2.

Pag. Krombach. 1.

Vic. Newmarckt. 1.

Vic. Iordan. 3.

Vic. Wadewitz vel Vadowitz (intra quē pagus eſt Suchau. 2. mill.)

Pag. Buſchwitz.

Vic. Bieroniz 2.

Vic. Miklowa. 2.

Urb. GLEIBITZ. 3. in Principatu Sileſiaco Oppelienſi, iuxta flumen Kladinitz.

Urb. PEISKROTSCHAM. vel Peiſchkretſcham, oppidulum Oppelienſe. 2. milliar.

Urb. Toſt. 3. de qua ſupra *69*.

Ur. STREHLITZ magna. 3. alij 2. tantùm ponunt.

Ur. OPPELN. 4. Alij 5. vel 6. habent. Vid. N. *69*.

Ur. SCHIRGAST. 2. mill. Etiam in prædicto Principatu Oppelienſi.

Urb. BRIG. 3. mill. Aliàs, ut ex dicto 70. vel præcedente Itinere videre licet, Oppeliâ Brigam. 6. milliar. numerant.

Vel:

Poſſunt, qui volunt, à prædicto Vadoviz, proficiſci per

Vic. Liverden, 2. mill. ad

Ur. & Arcem Pleſs. 5. mill. à Vadoviz, de quo ſupr. N. 21.

Ur. SORAM. 2. mill. in Principatu Sileſiaco Ratiborenſi.

Urb. RIBNIK vel Ribenik. 4. mill.

Urb. RATIBOR. 2. mill. ſitam in Sileſia, ad Oderam flumen, quæ caput eſt Principatus huius nominis: quæ hodie pignori data eſt Regis Polonorum fratri, Principi Carolo Ferdinando, &c. à Domo Auſtriaca. Vide ſupr. OPPELN. Spectare hic operæprecium fuerit Templum Colleg. pulcherrimum & Curiam.

Pag. Koſtenthal. 3. mill.

Urb.

Pag. Delfs. vel Telfs. 3. mill. vid. ſup. 94. Iter.

Pag. Naſareit vel Nazaret, 3. mill. parv. vel $4\frac{1}{2}$. hor. vid. infra Iter. 141.

Hinc intra excelſos montes, per fauces ſive anguſtias Fernſtein, vel Verrenſtein, ubi vectigal ex merci-bus pendendum eſt, $\frac{1}{2}$. mill. vel 1. hor. Hinc porrò ad Cluſam infra Ernber-gum. 3. mill. vel hor. $4\frac{1}{2}$. Arx hæc eſt munitiſſima, qua acceſſus patet in Ducatum Tyrolenſem, vel claudi-tur.

Vic. Reitte, $\frac{1}{4}$. mill. vel $\frac{1}{2}$. hor. Am-

plus

plus eſt & benè conſtructus vicus, ſitus in Tyrolenſi adhuc Ducatu: ſed terminus eiuſdem & Epiſcopi Auguſtani, unde Suevia initium capit ½. m. vel hor. 1.

Vic. Neſſelwang. 3. mill.

Urbs KEMPTEN. 2½. vel 3. milliar. De his locis duobus vide proximè præcedens Iter.

Urbs LEUTKURCH. 2. mill. vel 3. hor. de quo ſuprà N. 48.

Urb. WALDSEE. 2½. mill. Quidam ab Ernbergenſi arce huc uſque numerant 10. mill. De hoc Oppidulo Auſtriaco ſuprà dictum eſt.

Ur. PFULENDORF. 4. mill. Oppidum eſt Imperij in Hegoia.

Urb. STOCKACH. 2. mill. Dicitur à quibuſdam etiam Stockheim, eſtque caput Landgraviatus Nellenburgenſis Hegoiæ: cuius Præfectus Provincialis, imperium & Iudicium Provinciale Archiducum eſt Auſtriacorum; atque hîc etiam Arx Nellenburg.

ACH. Oppidulum in dicto Landgraviatu Nellenburg, ſupra Engen ſitum in rotundo & aſpectu amœno monte.

Urb. SCHAFHAVSEN. 3. mill. vide infra Iter 146.

Numerat quidam à Stockach, uſque ad munitiſſimum caſtrum Wurtenbergicum Hohen-Duuiel 2. mill. mediocria, atque illinc hucuſque Schafhuſiam etiam duo, atque ſic quatuor. De hac urbe & via ab illa, Baſileam uſque & porro

Urb. MVMPELGART. vide ſuprà Iter 47.

ITER XCVIII.

Oenipotente PATAVIVM (vulgò Paſſavv) Linzium & Viennam.

Schwatz. 4. mill. parv. alij tria numerant. Vide ſuprà 95. Iter.

Ur. & Arx KOPFSTEIN. à quibuſdam

buſdam Kupfſtein dicta . 5. mill. Hulſius Oeniponte 4. mill. ad Rotenburgum, atque hinc. 4. flumine hucuſque numerat: Caſtrum eſt celebre Tyrolis , in finibus Bavariæ: quod tempore Maximiliani I. à Bavariæ Ducibus ad Tyrolenſem Comitatum acceſſit.

Pag. Falckenſtein. 2. mill.

Vic. Roſenheim iuxta Inum 2. m. Vicus eſt ampliſſimus & in eo iudicium provinciale ſuperioris Bavariæ, refferturque ad Monacenſis Fiſci præfecturam. Hulſius 7. milliaria Kopfſteinio huc uſque numerat vectis navibus.

Vic. TROSPVRG. à quibuſdam Tronſperg & Trensberg dictus. 4. mill. ſitus iuxta Saltzam; referturque ad iuriſdictionem Bavaricam Burghauſen.

Urb. BVRCKHAVSEN. 3. mill. ad Saltzam in Bavaria ſuperiore, habetque arcem amplam & probè munitam, ſitam in excelſo monte. Eſt

hic Electorale Bavaricum Imperium, ad quod multa Iudicia provincialia referuntur.

Urb. BRAVNA. 2. mill. mediocria, in Bavaria ſuperiore iuxta Oenum: non ſolũ benè ſtructa, ſed propugnaculis foſſiſque munita, ſita in loco fertili & rerum abundante. Hulſius Roſenheimio 10. milliar. Waſſerburgum uſque, inde 3. ſumma. 13. milliar. flumine vectis numerat.

Vic. Reichersberg, iuxta Oenũ. 3.

Urb. SCHARDING, ad Inum. 2. Hulſius Braunâ hucuſque 7. milliaria flumine navigantibus ſignat. Vide de hac probè munita Urbe & Arce Bavaricâ ſupr. N. 10.

Vic. & Arx Newburg iuxta Oenũ 1. Refertur ad Auſtriam ſuperiorem eſtque Dominorum Comitum à Salm.

Urbs PASSAV, Patavium 1. mill. De qua ſuprà Num. 10. Dictus Hulſius 7. milliaria numerat flumine, Schardingâ huc uſq; deinde ad Matthauſen

thauſen 6. mill. cum tamen tantùm 15. ſint, ſi navi veharis. Notat etiam in Itinerario ſuo viam Viennâ Oenipontem uſque, ſed multis erroribus laborantem. Et in Itinere 113. ipſe Patavio tantùm 2. mill. numerat Schardingam. Illinc Reichersberg 2. Braunaw 3. Burghauſen 2. Traunſperg. 3. Forteneck iuxta Inū. 3. Roſenheim. 2. Falkenſtein. 2. Kufſtein. 3. Kirchpul. 1. Rottenberg. 2. Schwatz. 2. Halla. 1 & Inſpruck. 2. Illabitur verò Oenus Patavij Danubio, quo Lintzium & Viennam deſcenditur: quemadmodum infra ex Itineribus Ulmenſibus patebit. Vel terrâ Saltzburgum pervenitur, eâ viâ quæ ſupra N. 95. oſtenſa eſt: atque hinc

LINTZIUM & VIENNAM, ſicut infra Linzio Saltzburgum, atque iterum in Ulmenſibus itineribus notata via, ne eandem hoc loco bis poni neceſſe ſit.

ITER

ITER XCIX.

Campiduno AVGVSTAM.

Arx Wageck. 1½. mill.

Pagus ſeu Vicus OberGuntzburg. 1. mill. ad fontes Guntij, eſtque alius & diverſus locus ab illo Guntzburgo ad Danubium.

Pag. Eberſpach. 1.

Cœnob. Vrſin vel Irſin 1½. parv. m. Eſt Ordinis S. Benedicti, eiuſque Abbas Status Circuli Suevici.

Pag. Weicht. 1½. mill.

P. Lamedingen. 1¼.

Pag. Mittelſtatten. 1.

Pag. Bobingen ad Sinckelam. 1. mill.

Urbs AVGVSTA. 1¼. mill.

ITER C.

Lipſiâ HAMBVRGVM.

Arx Landſperg quò nonnulli 3. & 3. & di-

3. & dimid. & 4. mill. numerant. Arx eſt deſolata, infra Halam, à qua tamen nobilis Dynaſtia, Electori Saxonico ſubiecta, nomen & appellationem accepit; eſtque in ea columna quædam marmorea perelegans, viſu digna.

Arx Zorwick 1. mill. Domus & Præfectura Elector. olim nobilib. à Krossig, dubio procul oppignorata.

Urbs COTHEN. 2. mill. in Aſcanienſi Principatu, hæredibus Dn. Ludovici, Principis Aſcanienſis, qui 20. Ianuarij anno C. 1650. fatis conceſſit, ſubdita: in qua præcipuè ſpectatu digna ſunt Arx illuſtris inque eadem Aula magnifica cum horto peramœno, & variis floribus herbis & arboribus conſito.

Urbs CALB. Kalbe. 2. mill. In Archiepiſcopatu Magdeburgenſi iuxta Salam, arcem habens coniunctam.

Urb. SALTZA. Vulgo Salza maior. de qua ſupra N. 16.

Urbs MAGDEBVRGVM 2. de qua

qua ſupra. N.16.

Urbs MAGDEBURGUM. 2. de qua ibidem. Numerantur vulgò Lipſia huc uſque 14. mill. Hulſius Magdeburgo Salzam uſque numerat 2. mill. Kalba. 2. Ur. Munche-Neuburg (ad Budam in Principatu Aſcanienſi) 1. Ur. Bernburg (etiam Aſcanienſis ad Salam) 1. Vicũ Sigelliez. 2. Vic. Koſeln. 1. Ur. Halam. 2. Schendiz (forſitan Skeudiz, Scheudiz, vel Scheidiz oppidum exuſtum, ad Merſeburgenſem Epiſcopatũ pertinens) 3. Lipſiam. 3. Summa. 13. milliaria.

Urb. WOLMERSTEDT. 2. mill. de qua ſupr. N.24.

Hinc per Campum Garlebienſem, ad

Urb. GARLEBEN. 5. Brandeburg, vel magna milliar. de qua ſupr. Num.24.

Urb. SOLTWEDEL. etiam 5. mill. de qua vid. Iter N.26.

Ur. ULTZEN. 6. mill. de qua ſupr. N.15.

Ur. BIENENBVTTEL ad Ilmenaviam flumen.3.mill.magnis, ſita eſt in Ducatu Luneburgenſi.

Urbs LVNEBVRG.2. de qua ſupra. N.15. Vulgò huc numerari ſolent Magdeburgo 22. milliaria.

Urb. WINSEN. 3. mill. Hulſius habet.2.

Urb. HAMBVRGVM 4. mill. de qua utraque civitate ſupra Num.23. ſcriptum eſt. Dictus Hulſius ad Bergerdorf notat. 3. atque illinc hucuſque 2. mill. Vulgò numerantur ſeptem Luneburgo Hamburgum & 14. Bremam uſque.

ITER CI.

Lipſiâ LVBECCAM.

Urbs WITTENBERGA.8.mill. de qua ſupr.N.12.

Ur. BELZIG. 4. Eſt Electoralis & terminalis locus & Præfectura antiqua, arcem habens.

Urb.

Urb. BRANDENBURG. cognomine Vetus 4. mill. in Marchia media iuxta Havelam & lacum quendam longum: eſtque gemina civitas, in qua templum collegiatum Epiſcopale & in eo multorum Principum atque Epiſcoporum monumenta ſepulchralia conſpiciuntur. In foro eſt ſtatua Rolandi, & in monte Harlungenſi Deiparæ Virginis Templum, formâ ſeu figurâ Græcorum Templorum ab Heinrico primo Imperatore conditum, Antiquitatis teſtimonium. Epiſcopatus verò hodie eſt ſublatus; ſunt v. adhuc reliqui in eo Canonici.

Urbs RATENAW, 4. vel 5. mill. etiam in Marchia Brandeburgica media iuxta Havelam.

Urbs HAVELBERG. 3. vel 4. mill. Epiſcopalis in Marchia Brandeburgenſi, quam circumfluit Havela amnis: Templum vero Cathedrale conditum eſt in clivo extra urbem. Nullum habet amplius Epiſcopum, ſed

ſed Domino Electori Brandeburgico ſubiecta eſt.

Urbs WELSENACH, Wilsnack. 3. non procul ab Albi, in Prignizia, etiam Electoris Brandeburgenſis.

Ur. PERLEBERG. 2. vel 3. mill. de qua ſupr. N. 24.

Ur. DALMIN. 2. m. magn. etiam in Prignitia & Electoris Brandeb.

Urbs NIESTADT. vel Newſtatt in Ducatu Megapolitano, quò nonnulli 4. quidam plura & non nemo 8. mill. numerat. Sed eſt, qui Perlebergâ huc uſque tantum 6. mill. eſſe, affirmat.

Ur. SCHWERIN. 4. vel 5. De hac vide ſupra Iter XXIV.

Urb. GADEBVSCH. 3. mill. mediocria, de qua ſupra N. 26.

Urb. LVBECCA. 5. mill. De qua etiam ſupra N. 15.

* *
*

ITER

ITER CII.

Lipſiâ DVNCKELSPV-LAM.

Urbs NAVMBVRG. 6. mill. de qua ſupr.N.12.

Ur. DORNBVRG.2. mill.

Ur. IENA.1. mill. De quibus duobus locis ibid.

Ur. BLANKENHEIM.2. de qua ſupr.N.16.

Ur. & Arx ILM vel ILMEN.3. milliar. in Comitatu Schwarzburgenſi Thuringiæ; ubi ſpectari poteſt Cœnobium.

Ur. ILMENAW. 2. mill. de qua ſupr.N.14.

Hinc per ſilvam Thuringicam, ad

Ur. & Arcem SCHLEISINGEN. 3. vel 3. & dimid. mill. De qua ſuprà. N.13.

Ur. & Arc. ROMHILD. De qua N.24. 2. vel 3. mill.

Ur.

Ur. KONIGSHOFEN. 1. mill.

Ur. LAVRINGEN. 2. mill.

Ur. SCHWEINFVRT. 2. mill. De hiſce tribus locis vide ibid.

Ur. KITZINGEN. 5. flumine. De qua infra in Itineribus Noribergenſibus.

Ur. ROTTENBVRG ad Tubarum. 5. mill. de qua ſuprà. N. 11.

Urbs DVNCKELSPVHEL. etiam 5. mill. de qua ibid.

Eadem penè via, Sereniſs. potentiſſimusque Suecorum Rex, anno 1632. uſus eſt, dum adverſus Fridlãdum, Thonawerdâ per Norlingam, Dunckelſpuhel, Rottenburgum, Uffenheim, Kitzingen, Schweinfurt, Konigshofen, Sleuſingen, Ilmenaw, Arnſtatt, Erdfurt, Buttſtat, Naumburgum, firmo progreſſu contendit, neque longo poſt in funeſto illo & luctuoſo ad Lutzam prælio, vitam & ſanguinem ſuum profudit.

ITER

ITER CIII.

Lipſiâ FRANCOFVRTVM Mœni.

Urbs NAVMPVRGVM. 6. mill.

Ur. ECKERSPERG. vel Ekartsberg. 2. mill. Præfecturam habet & Superintendentiam, & eſt Electoralis.

Urb. BVTTELSTAT. 2. mill. de qua ſupr. N. 16.

Urb. ERFFVRT. 3. mill. Quidam ab Eckersberga 6. mill. Alij autem per Vinariam huc uſque tantùm 5. numerant. De Erfordia vide ſuprà 14. Iter.

Ur. GOTHA. 3. mill. vid. ſupr. 13.

Urb. EISENAGH 3. mill. Principis Vinarienſis ad flumina Horſel vel Hurſillam & Neſam Thuringiæ: in qua Dux Ioan. Erneſtus longo tempore ſedem habuit aulicam: iam vero & urbs & territorium Ducis Erneſti

Erneſti Saxonis ād Gotham refertur: in qua ſpectatu digna ſunt, Templũ Collegiatum & Cœnobia quædam; Aula, Curia, & ſupra civitatem, imminens & celeberrima Arx Wartberg, vel Wartburg.

Hinc per Schonſee, ad

Urb. VACH. 3. mill. de qua ſupr. N. 23.

Urb. FVLDA. 4. vel 5. mill. Suprà Num. 22.

Ur. SCHLVCHTER. 2. Oppidũ in finibus Fuldenſibus, ſed in ditione Comitis ab Hanaw: ubi viſu dignum eſt Cœnobium celeberrimum.

Urb. STEINAW. iuxta viam. 1½. Etiam Comitis Hanovienſis. In ſuperiore parte Curiæ conſpiciuntur Statuæ quorundam Comitum Hanoicorum ex lapide ſculptæ. Quidam appellant Steinach, ſed brevius dicitur Steina.

Urbs SALMVNSTER. 1½. mill. De ea ſuprâ. Itin. 31.

Ur. GELNHAVSEN. 2. mill.

Ur. Imperialis in Wetteravia ad Kintzigam vel Kintzam flumen, non procul à Speſſart ſilva: ubi templa quædam, item Burgum ſive Arx, quæ Ganerbica domus eſt, ſpectatu digna ſunt.

Urbs HANAW. 3. mill. Quidam notat 5. Hæc pulcherrima civitas & ſedes aulica Comitum Hanovienſiũ ſita eſt iuxta flumen Kintzam, tributa ſeu diviſa in veterem & novam. Habet templa aliquot, in quibus partim in Gallica, partim in Hollandica ſeu Belgica lingua conciones habentur: eſtque Arx elegantiſſimè ſtructa.

Urb. FRANCFVRT. 2. de qua ſupra. N. 5.

ITER CIV.

Lipſiâ FRANCFVRTVM ad Oderam.

Urbs EVLENBVRG. vel Eulenberg. 3. mill. Ad Mildam ſeu Muldam flumen

flumen Miſniæ, arcem habens & ſubiecta Domino Electori: in qua generoſa coquitur Cereviſia.

Urb. TORGAV. 3. mill. magn. Sita eſt in ripa Albis, etiam Domini Electoris Saxoniæ, in qua Templum urbis (& in eo Catharinæ Bornenſis coniugis D. Lutheri monumentum in lapidem inciſum cernitur:) Curia, & inprimis Arx viſu digna ſunt.

Urb. HERTZBERG. 3. mill. Electoralis & ad Eliſtrum nigrum condita.

Pag. Grosmarckt 2. & dimid. vel 3. milliar.

Pag. Waltersdorf. 2. mill. mediocr. vel 3. parvis.

Urbs LVBEN, ad Sprevum in Luſatia inferiore. 2. mill. medioribus. De qua & ſeqq. locis vide uſque ad

Urbem FRANCOFVRTVM. ſuprà Iter XVII.

ITER CV.

Lipſiâ VRATISLAVIAM, vulgo BRESSLAVV.

Urbs WVRTZEN. 3. mill. Epiſcopatus Miſenſis, iam verò Domino Electori Saxonico ſubiecta: in qua, ante conflagrationem, templum Epiſcopale ſive Cathedrale & Arx, ſpectatu digna fuerunt.

Urbs OSCHITZ. 3. mill. parvis. Templum habet Cathedrale, ſita itidem in Miſnia & Electoralis, ſed bello proximo Germanico, unà cum Curia elegantiſſima, incendio perijt.

Urbs HAIN. 4. mill. parv. de qua ſuprà. N. 17.

Ur. KONIGSPERG. vel Kunsberg & à quodam Konigsbruck appellata: ſita eſt in Luſatia ſuperiore in finibus Miſniæ, ſubiecta Nobilibus à Schellendorf.

Urbs

Urbs BVDISSINA. BAVZEN. 4. mill. magnis: pro quibus alij 5. & 6. notant, ſi iter per Camentium ſuper. Luſatiæ civitatem ſuſcipiatur. Eſt verò hæc urbs caput Luſatiæ ſuperioris, olim regno Bohemiæ inſerta, hodie vero Electoratui Saxonico ſubdita; condita in ripa Sprevi, in qua Templum Cathedrale inprimis viſu dignum eſt.

Hinc per pagos Schops & Reichenbach, ad

Urbem GORLITZ, 6. mill. Quidam Gorlizio ad molendinum perveniunt, dictum Grube, 3. mill. atque hinc Budiſſinam, etiam 3. mill. de qua ſuper. Luſatiæ civitate videri poteſt Iter. XVIII.

Pag. Sigersdorf. 3. vel 4. mill. Hic Queiſſius fluvius Sileſiam & Luſatiam determinat.

Urbs BOLESLAV, vel BVNTZEL. 2. mill. pertinet ad Ducatum Laverenſem Sileſiacum.

Urb. HAIN, Hayna vel Han. 3. m ll. in Ducatu Lignizenſi.

Ur. LIGNITZ. 2. mill. Eſt caſtrum regionis Sileſiacæ munitum & ſedes aulica Principum Lignicenſiũ & Brigenſium, (quanquam Dux Georgius Rhodolphus, cuius Urbs hęc eſt, nunc Barchewizij ſedem aulicã habere dicitur.) Satis amplum & in meditullio Sileſiæ inferioris ſitum; quam urbem Kazbach fluvius alluit. In ea viſu digna ſunt, Templum S. Petri & Pauli: D. Virginis S. Ioannis: Templum Dominicanorum: Schola: Curia; atque inprimis Arx elegantiſſima munitiſſimaque.

Pag. Panthen. 1.

Ur. Neumarckt. 3. mill. de qua ſupra N. 67.

Pag. Marschwitz 2 mill.

Urb. BRESLAV. 2. de qua ſuprà.

ITER CVI.

Lipſiâ BERLINVM & STETTINVM.

Urbs WITTENBERG. 8.mill. de qua ſuprà.

P.Schmiedesdorf.2.mill.

Ur. BRIETZEN, cognomine, Trewen Brietzen, 1. & dimid. mill. Vulgò Wittebergâ huc uſque numerantur.4.mill.Vid.ſupr.Iter 28.

Urb. BELITZ.2.ibid.

Vic. & Arx Sarmund. 2.mill.in Marchia media Brandeburg.

P.Machenaw.2.mill.

Ur.BERLIN.2 mill. Summa.12. mill.Wittebergâ: de qua Electorali Brandeburg. civitate primaria ſupr.

Vel Lipſiâ

Urbem Eulenberg. 3.mill.de qua ſupr.Itin.104.

Pag. Wildenhayn. Ubi manſio eſt ſive Diata Venatoria Electoralis 2. mill.

Urb. DOMMITSCH. vel Dommitz, Dummitſch; prope quam eſt domus Teutonici Commendatoris. 1. mill. Annumeratur Circulo Saxonico.

Hinc quadrante milliaris pervenitur ad Albim, quo traijcitur, ad

Urb. BRETTIN. ½. mill. Ab ea non procul abeſt Liechtenberg, Arx Electoralis.

Urb. Ieſſen. ½. Electoralis.

Ur. IVTERBOCK, vel Gutterbock. 3. mill. Olim Archiepiſcopalis Magdeburgica, nunc Electoralis Saxonica.

Ur. Belitz. in Marchia Brandeburgenſi. 3. mill.

Ur. Potſtein, Potzſten, ab aliquibus Bozthann & Potzdã appellata. 2. Sita eſt ad Havelam, in quam Notta influit.

Urb. SPANDAW. 2. mill. Civitas Electo-

Electoralis Brandeburgenſis & munita probè, in ripa Havelæ, in quam Sprevus illabitur. Arcem hic & Armamentarium contemplaberis.

Urb. BERLIN. 2. mill.

Ur. BERNAV. 2. mill. Alius numerat. 3. mill. in Marchia media, ubi generoſa cereviſia coquitur, & in plurima etiam longè remota loca deportatur.

Pag. Prennen. 2½. mill.

Pag. Schonbeck. 1½. mill. Quidam oppidum appellat.

P. Golindo f. 2. mill.

P. Goſtendorf. 1.

Ur. FREYENWALD. 1. Quidam tantum 6. mill. Berlino huc notat.

P. Strelau. 1¼.

Ur. BRENTZLAV, Prentzlau. 1. Civitas Electoralis Brandeburgica, in Marchia Ukerana, ad Vkeram fluvium, ſita iuxta lacum cognominem.

P. Kremſau. 1.

Vic. Breſſau. 1.

Pag. Laugnitz. 1. mill.

Pag. Wildenhayn. Ubi manſio eſt ſive Diata Venatoria Electoralis 2. mill.

Urb. DOMMITSCH. vel Dommitz, Dummitſch; prope quam eſt domus Teutonici Commendatoris 1. mill. Annumeratur Circulo Saxonico.

Hinc quadrante milliaris pervenitur ad Albim, quo traijcitur, ad

Urb. BRETTIN. ½. mill. Ab ea non procul abeſt Liechtenberg, Arx Electoralis.

Urb. Ieſſen. ½. Electoralis.

Ur. IVTERBOCK, vel Gutterbock. 3. mill. Olim Archiepiſcopalis Magdeburgica, nunc Electoralis Saxonica.

Ur. Belitz. in Marchia Brandeburgenſi. 3. mill.

Ur. Potſtein, Potzſten, ab aliquibus Bozthann & Potzdã appellata. 2. Sita eſt ad Havelam, in quam Notta influit.

Urb. SPANDAW. 2. mill. Civitas

Electo-

Electoralis Brandeburgenſis & munita probè, in ripa Havelæ, in quam Sprevus illabitur. Arcem hic & Armamentarium contemplaberis.

Urb. BERLIN. 2. mill.

Ur. BERNAV. 2. mill. Alius numerat. 3. mill. in Marchia media, ubi generoſa cereviſia coquitur, & in plurima etiam longè remota loca deportatur.

Pag. Prennen. 2½. mill.

Pag. Schonbeck. 1½. mill. Quidam oppidum appellat.

P. Golindo f. 2. mill.

P. Goſtendorf. 1.

Ur. FREYENWALD. 1. Quidam tantum 6. mill. Berlino huc notat.

P. Strelau. 1¾.

Ur. BRENTZLAV, Prentzlau. 1. Civitas Electoralis Brandeburgica, in Marchia Ukerana, ad Vkeram fluvium, ſita iuxta lacum cognominem.

P. Kremſau. 1.

Vic. Breſſau. 1.

Pag. Laugnitz. 1. mill.

P. Wanclitz. 2.

Urb. STETTIN. 1. mill. magn.

Vel. Berlino ad prædicta loca.

Urb. BERNAV. 2. vel 3. mill.

Urb. NEVSTAT. 3. Appellatur Neuſtatt ad Furam, Item Neuſtatt Eberswald. Sunt duæ coniunctæ Urbes, quarum illa, in qua Templum eſt cum Curia, Eberswald: hæc verò, trans flumen, Newſtatt appellatur.

Urb. New-Angermund. 3 mill. in Marchia Vkerana, eſtque Electoralis Brandeburgica.

Urb. GARTZ. 4. vel 5. mill. Hæc Urbs Pomeranica ſita eſt in finibus, verſus Marchiam Brandeburgenſem ad Oderam; celebrata in bello proximo Germanico, multorum vocibus & ſcriptis, atque tandem, exceptis templo & ſchola, penitus vaſtata.

Urb. STETIN. 4 mill. Vulgò 18. mill. Berlino huc uſque numerantur. Quidam perveniunt ad Oppidum Swendelchen, intra Gartz & Angermundam

mundam & quidem 2 mill. Garz â, proxime fines Vckermarchiæ & Pomeraniæ. Quidam ſic iter faciunt: Urbs Bernau, 2 vel 3. mill. Pag. Brieſt. 1/4. hor. Nova Angermunda, ad fluvium Welſe, de quo ſupra 1/2. Pag. Pernau. 1. Pag. Hohen-Reigendorf. 3. à quo non procul, juxta flumen Pomerania incipit. Urbs Stettinum. 4. mill.

ITER CVII.

Lipſiâ PRAGAM.

Urb. BORN. 3. mill. de qua ſupr.

Urb. PLAUCK. 2. & dimid. 2 3/4. vel 3. mill. ut diverſi numerant. Sita eſt in Miſnia & eſt Electoralis.

Ur. CHEMNITZ. 3. mill. ad flumen Chemnitz in Miſnia, & eſt Electoralis Saxonica: in qua templum, Arx, quæ ante Cœnobium fuit & proxime urbem ſita, dicta Auguſtusburg, ſpectari poſſunt.

Ur. MARIENBERG. 3. mill. de qua ſupr. N. 17.

Ur. COMMOTTAV. Comutau. 4. mill. magna. Sita eſt in Bohemia, & eſt Urbs regia.

Ur. LAVN. 4. mill. Urbs itidem Regia, condita in ripa Egræ.

Ur. SCHLAN. 3. mill. de qua ſupr. N. 85.

Ur. PRAGA. 4. mill. De qua etiam ſuprà.

Quidam, quibus eſt, quod Dreſdæ agant, hoc iter capiunt, atque hinc Pragam pergunt, quemadmodum ex ſuperioribus manifeſtum eſt. Hulſius Dresdâ ad Miſenam 3. Urb. Lummitſch 2. Ur. Leisnick, 2. & dimid. Ur. Grimm 2. & dimid. & Lipſiã 3. mill. Alij Dresdâ veniunt Oſchitzium vel Oſchaz 7. mill. Wurzen ad Moldaviam 3. mill. de quo utroque loco ſupra in itinere 105. Urb. Leipzig 3. Summa. 13. milliar.

Qui a. Freybergam luſtrare cupiunt propter Principum Saxonicorũ monu-

monumenta ſeu Conditoria, Dreſdâ quatuor mi liar. eò pervenire poſſunt. Porro per pagos Bockendorf & Heichen in Waltheim 4. vel 5. Urb. Colditz ad Muldam (quæ Electoralis eſt, ubi Arx & Vivarium ſeu theriotropheum) 2. Bums vel Pumbſen (ubi Nobiles à Bonikau arcem habere dicuntur) 2. vel 1. & dimid. mill. Liwoltwitz. 1. Urb. Lipſiam. 1. Quidam à Pumbſen tantum 2. mill. huc numerant.

ITER CVIIII.

Lintzio SALTZBURGUM.

Pag. Neubaw. 2. mill.

P. Martrenck. 1.

V. WELS. 1. Una eſt ex Archiducalibus oppidis ſuperioris Auſtriæ ad fluvium Draun vel Traun: ubi templum parochiale, Arx Illuſtris & Baronum à Polheim Arx huius nominis ſpectari poſſunt.

Cœnob. & Vicus Lumbach. Digniſſimum eſt hoc Cœnobium, quod videatur, cuius Antiſtes eſt Status ſeu Ordinis ſuper. Auſtriæ.

Urb. SCHWANENSTAT. 1. mill. Olim vicus fuit ampliſſimus, dictus Schwans: iam verò Oppidum: cuiuſdam à Salburg.

Urbs BRVCK ad Focklam. 1. mill. Appellatur vulgò Voikl bruck, eſtque etiam una ex ſeptem Urbibus Archiducalibus Auſtriæ ſuperioris.

Vic. Franckenmarckt. 2. mill. Dominorum Baronum Kevenhyllerorum.

Vic. Straſswalden 2. Primus hic locus eſt ab hac parte, in Archiepiſcopatu Salzburgenſi.

Vic. Newmarckt. 1. mill. Etiam Saltzburgenſis.

Urbs Saltzburg. 3. mill. de qua ſupr.

* *
*

ITER

ITER CIX.

Lintzio PRAGAM.

Vicus Galſkirchen ½. mill. Baronum à Starenberg.

Urb. FREYSTAT. 2. & dimid. Una ex 7. Archiducalibus Civitatibus Auſtriæ ſuperioris, celebris admodum ſolennibus nundinis, quæ habentur circa converſionem Pauli: Coquitur etiam hac in urbe Cereviſia optima. Vicinia eius appellatur Machlandia, neque procul ab hac regnum Bohemiæ incipit.

Vic. Underheid. 2. mill.

Vic. Kapliz. 1.

Vic. Velſchin. 1.

Pag. Stainenkurch. 1. mill. Quæ quatuor loca quondam fuerunt Dominorum ab Roſenberg, Toparcharum Bohemiæ, poſtea ante bellum proximum Dominorũ à Swanberg: poſtea verò iiſdem erepta & aliis conceſſa ſunt.

U. ba-

Urbs BVDWEIS aliàs Bohemiſch Budweis. Urbs pereleganter ſtructa atque probè munita; in qua maior adhuc uſus eſt Linguæ Germanicæ & frequentior, quàm Bohemicæ.

Pag. Schmiden. 1. mill.

Pag. Tſchebetin. ½.

Urbs WESELE vel Weſeli. 1. & dimid. mill.

Urbs SOBIESLAV. 1. mill. Antehac Roſenbergiorum; ſed à poſtremo Dynaſta & Principe Roſenbergico, libertatem conſequuta, ut, quemadmodū reliquæ Urbes regiæ in Bohemia, tributa ſive Cenſum Pragam ad Ærarium miſerit, & ad Conventus Regni vocata fuerit. Fuitque hic ante bellum proximum Bohemicum, Gymnaſium Roſenbergicum, eiuſque Director & Protector, ſicut etiam Urbis, Dn. à Swanberg.

Urbs THABOR. 2. mill. De qua ſupr. N. 21.

Vic. Milzin. 2.

Urb. WOTICZ. 1. mill. Intra

hoc

hoc oppidulum & Ianckau, cruentum illud prælium inter Cæſarianos & Swedicos, 24. Februarij. anno C. 1645. commiſſum fuit.

Urb. BENESCHAV. 2. mill.

Urb. PRAGA. 5. mill. de quæ ſupr.

ITER CX.

Lintzio CLAGENFVRTVM.

Vic. Vordernberg. 16. mill. De via huc ducente, inſpice Iter 92. ſuprà, ſitus eſt in Styria ſuperiore.

Vic. Trofeyach. 1. Templum hic eſt primarium, atque Cœnobio Illuſtri Admontano ſubiectum.

Urbs KNITTELFELD. 4. Oppidum elegans Archiducale, in Styria ſuperiore 2. mill. infra Iudenburgum: in qua Templum & Xenodochium viſu digna ſunt.

Vic. Obedach. 3. mill. Archiducalis in

lis in Styria ſuperiore: Arx verò Abbatis eſt Admontani.

Urb. LEONHART. 2. mill. Sita in Carinthia ipſa, eiusque parte Lauenthalenſi, iuxta Lavantũ: ubi Arx eſt ſupra modum elegans, Epiſcopi Bambergenſis.

Hinc per celſa montis Pregel iuga, ad

Urb. WOLSPERG vel Wolfſperg. 2. mill. Itidem Epiſcopi Bambergenſis; habetque hîc Vice-Dominus Epiſcopalis, eiuſque Gubernator & Curator, multiplicium bonorum Bambergenſium in Carinthia, ſedem ſuam, in Arce. Sita eſt etiam ad Lavantum flumen.

Urbs S. ANDREÆ in Valle Lavantana. 1. mill. Eſt Archiepiſcopi Salzburgenſis ſed in Carinthia, habetque hic ſedem ſuam Epiſcopus Lavanthalenſis. Proximè Urbem Cœnobium eſt S. Pauli, quod omniũ totius Carinthię opulentiſſimum eſſe cenſetur, ſubiectum Domui Auſtriacæ,

ſtriacæ, vel Archiducali Magiſtratui in Carinthia.

Vic.Prufing. 2.mill.

Urb.VOLCKELMARKT.1.

Urbs CLAGENFVRT. 4. mill. De qua utraque civitate ſupr.N.65.

ITER CXI.

Lubecca KOPPENHAGEN (Hafniam.)

Arx Arnsboke. 4.mill. in qua ſedem aulicam habet hoc tempore Ioachimus Erneſtus, Holſatię Princeps.

Pag. Tram. proximè Urbem Ploen.3.mill.

Pag.Raſtorf.3.

Urbs KIEL. 1½. mill.

Ur. ECKELNFORD. de quibus duobus locis vid.ſupr.N.23.

Pag.Stendorp.4.

Urb.FLENSBORCH.3.

Ur.HADERSLEBEN. 6.De his duob.locis vide q oque Iter 23.

Porrò per medij tranſitus SVNDAM (ſinum ſc.Balthici maris) ad

Urb.

Urb. ASSENS vel Aſsnis, in Inſula FVNEN vel Fuinen ſive Fionia, ſita. 3½. mill.

Urb. NEWBVRG, vel NYBORCH, etiam in Fionia. 6. mill. Arcem habet & collectionem ampliſſimi vectigalis propter tranſitum Belti in Zeelandiam.

Urb. RINGSTEDE. in dicta Zeelandia ſive Sialandia 10. mill. Dignum ſpectatu eſt Cœnobium vel potius hoc tempore eius loci Templum, nẽpe in quo multi Reges aliique Principes & Nobiles, monumenta ſua habent ſepulchralia.

Urbs ROSCHILDA. 3. mill. celeberrima Epiſcopalis in prædicta Seelandia vel Sialandia, ubi Cathedralis ſedes adhuc conſervatur, ſuoſq; Canonicos habet: in quo templo multi Danorum Reges & alij Principes & Illuſtres perſonæ ſua habent Conditoria vel ſepulchra.

Urb. COPPENHAGEN. 4. mill. Quidam 5. numerat. De hac regia urbe,

urbe, quæ caput eſt totius regni Cymbrici. vide ſuprà. Iter 25.

Levinus Hulſius per Neuſtatt, Oldenborg, Heiligenhaven, porrò per Belthum ad Rothby, Maribo, per tranſitum iuxta Goldburg & Grunſund, per Warburg in Zeeland, Neſtwede & Koge ad Koppenhagen, ex Lubeca tantum 34. milliaria numerat.

ITER CXII.

Monaco OENIPONTEM.

Urbs MONCHEN, Monacum de qua ſuprà N. 8.

Pag. Grunewald ad Iſaram. 1. & dimid. mill.

Cœnob. Scheftlarn 1. mill. parv. Vulgò decem millia paſſuũ Monaco huc uſque numerantur. Eſt Ordinis Præmonſtratenſis & Præpoſitura iuxta Iſaram.

Vic. Wolfershauſen vel Wolfratshauſen

hauſen 2. & dimid. mill. & 5. ferme Monaco, iuxta flumen Loyſam ſitus, celebris admodum in Bavaria ſuperiore, habens Dicaſterium provinciale, in quo ſpectatu dignum eſt tēplum S. Laurentij & Conradi Nantuini, quorum poſterior, in peregrinatione ſua, quod pecuniam ſecum ferret, ab iniquo iudice, anno 1286. crematus eſt.

Cœnob. Beurberg. vulgò Peylberg 1. mill. etiam ad Loyſam conditum & eſt Cœnobium Canonicorum regularium S. Auguſtini.

Cœn. Benedict. Beuren, Benedictopuranum 2. mill. Cœnobium eſt Ordinis S. Benedicti in Bavaria ſuperiore.

Vic. Mittenwald. 3. Epiſcopatus Fruxinenſis, de quo & itinere Oenipontem verſus Iter 53. ſuprà notatum inſpiciendum eſt.

Vel, Monaco ad Vicum Hohenkirchen. 2. mill.

Vicus Aybling. 3. Hulſius per Nider-

derheching, Brunthal, Peiſs & Kirchdorf huculque 6. mill. numerat. Locus eſt vetuſtus, ad Mangualdam ſitus habetque Dicaſterium provinciale.

Vic. Roſenheim iuxta Inum 1. vel 1. & dimid. mill. Vide de hoc & ſeqq. locis iuxta Oenum aſcendendo, uſque Oenipontem, Iter 84. & 98.

ITER CXIII.

Monacho VVVRTZBVRGVM.

Pag. Hainthauſen ad Amberam 2. & dimid. mill.

Vic. Hohenkamer. $1\frac{1}{2}$. mill. iuxta Glonam fluviolum.

Urb. PFAFFENHOFEN. 2. mill. iuxta Ilmam in Bavaria ſuperiore, habetque Dicaſterium provinciale.

Vic. Reicherzhofen. $1\frac{1}{2}$. vel 2. m. de quo ſupra. N. 17.

Ur. INGOLSTAT. 2. mill. de qua ibidem.

Vic.

Vic. GAIMersheim. 1. mill. Iuriſdict. Monacenſis.

Ur. AICHSTADT. 2. mill. de qua ſupr. N. 12.

Ur. WEISSENBVRG. in Nordgovia. 2. mill. Sita eſt hæc Urbs Imperialis iuxta Altmuhlam, in cuius vertice Wultzburgum eſt, Caſtrum Marchionis Onoltzpachenſis munitiſſimum, in prærupto & præcipiti monte.

Ur. GVNZENHAVSEN. 1. mill. De qua ſup. N. 64.

V. ONOLTZBACH. 2. mill. de qua etiam ſupr. N. 88.

Pag. Dachſtatten. 2½. mill. Situs eſt intra Rottenburgum & Firenſperg, prope Silvam magnam, non procul à fonte fluminis Aiſch.

Ur. VFFENHEIM. 2. & dimid. m. Sita eſt ad fluviolum Gollach, & refertur ad Marchionatum Ohnſpacenſem.

Urbs OCHSENFVRT. 2. mill. de qua ſupra.

Urbs

Urbs WVRTZBVRG. 2. & dimid. mill. ſin verò navi veharis ſecundo flumine, tria numerantur, ſed parva mill. de qua ibidem.

ITER CXIV.

Norimberga RATISBONAM.

NORIMBERGA. Hinc per Altfurt ad

Vicum Feucht 2. mill. ſitum iuxta fluvium Schwarzach, Norimbergenſium.

Hinc per Verrieden & Bosbauer, ſicut hæc loca à quodam nominantur ad

Urb. NEWMARCKT. 3. mill. iuxta Sultzam flumen, in Palatinatu ſuperiori, in qua præcipuè Arx illuſtris, hodie Electori Bavarico ſubiecta, ſpectatu digna eſt.

Quidam plerunque Noribergâ per ſylvas proficiſcuntur Altorfium. 3. mill. ubi Academia eſt Noribergẽ-

ſium: porrò iuxta Cœnobium Gnadenberg, ſuperioris Palatinatus & ſemimill. Altorfio remotum, huc Neagoram 1½. mill. quæ coniuncta 5. mill. efficiunt.

Pag. Deining. 1. mill.

Pag. Teſsvvang 2. mill. quæ duo loca etiam ſunt Palatinatus ſuperioris.

Urb. HEMAW. 2. mill. Palatinatus Neoburgici novi.

Arx & Pag. Eretzhauſen. 2. mill. Situs eſt iuxta Nabum, & éſt ſubiectus Nobilibus ab Erlebeck, qui incolæ ſunt Palatinatus Neoburgici.

Urbs REGENSPVRG. 1. mill. De qua ſuprà.

ITER CXV.

Noribergâ PRAGAM.

Ruckersdorf pagus, 1. & dimid. mill. Noribergenſium.

Urbs LAVFFEN. 1½. mill. Hulſius tantùm 2. mill. hucuſque numerat.

Urb.

Urb. HERSBRVCK 2. mill. etiam Noribergenſium iuxta Pegniſum.

Urb. & Arx SVLTZBACH. 3. mill. in parte ſuperioris Palatinatus, quæ iunior vocatur, non procul à Vilſa flumine: in qua nunc Dn. Chriſtianus Auguſtus, Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ, Domini Auguſti Palatini Comitis filius, familiæ Neuburgicæ, ſedem habet aulicam.

Hirſchavv 2. mill. Eſt vel Oppidulum vel vicus probè conſtructus, in Palatinatu ſuperiore, hodie Electoris Bavarici.

Waidhauſen. 5. mill. Etiam vel Oppidum vel Vicus, in finibus Bohemiæ, in Palatinatu ſuperiore: nunc etiam Electoratui Bavarico adſcriptus.

Atque tot quidem milliaria notant vulgò communia Itineraria, Hirſchaviâ huc uſque: habetque Hulſius 2. mill. in pagum Schindhutten. pag. Lame 2. & Hirſchavv. 1. mill. Sin autem ſequendæ & obſervandæ ſint

Tabulæ Chorographicæ, tùm per Freudenburg, Leuchtenberg (quondam Dn. Dn. Landgraviorum à Leuchtenberg avitam ſedem & feudum Imperij) Fohendruſis & Pleienſtein (vicum clauſum muris & arcem, olim quoque Leuchtenbergenſium, nunc verò, ut fertur, Palatinorum Neuburgenſium) octo milliaria deprehendentur.

Vic. vel Urbs FRAWENBERG, in ipſa Bohemia ſita atque illâ lingua Primda vocata.

Cœnobium Kladra. 2. Hulſio. 3. m. Ordinis Benedictini (Hulſius vicum nominat) ½. mill. à MIESSA urbe ſitum.

Urb. PILSA. 3. Vulgò à Frawenberg huc uſque numerantur 6. milliaria. vide de hac Urbe & locis intra eam & Pragam, Iter VII.

* *
*

ITER CXVI.

Noribergâ LANDESHVTVM & SALTZBVRG.

Pag. Rettenbach. 2. mill.

P. Allersberg. 2. mill. parva.

Ur. FREYSTATTLIN. 1. mill. magn. in Palatinatu ſuperiore, prope Epiſcopatum Aichſtattenſem, etiam Sultzburg & Hilpoltſtein, dicitúrque hodie Comitis Tyllij eſſe.

Urb. BERCHINGEN. 2. mill. in Epiſcopatu Aichſtattenſi, iuxta Sultzam.

Urb. BERNGRIES. 1. mill. Itidem Epiſcopatus Aichſtattenſis, iuxta Altmuhlam flumen.

Pag. Almanſtein. 2. mill. magnis.

Ur. NEVSTATTLIN. iuxta Danubium, etiam 2. mill. mediocria, de quo ſupr. N. 6.

Vic. Sigenburg. 1. mill. Electoris Bavarici.

Pag. Stalnriet. 2. mill. parv.

Pag. Gravenhann. 1. mill.

Ur. LANDSHVET. 1. & dimid. Quidam à Nevvſtatt huc uſque numerat 6. mill. Vide de hac urbe. ſupr. Num. 10.

Vic. Geiſenhauſen. 1. mill. magn. vel 1. & dimid. proprium habet Dicaſterium Provinciale, ſed refertur ad Iuriſdictionem Landeshutanam.

Vic. Biburg, cognomine VilsBiburg. 1. mill. Situs eſt iuxta Vilſam in Bavaria inferiore: habetque Dicaſterium Provinciale.

Vic. Nevvenmarckt 2. mill. etiam in Bavaria inferiore, relata ad Iuriſdictionem Landshuttanam.

Urb. OTTING. 3. mill. in Bavaria ſuperiore & pertinet ad Iuriſdictionem Burckhauſenſem. Locus admodum vetuſtus iuxta Oenum, atque antiquiſſimè Regum & Principum Bavariæ ſedes: in qua viſu digna ſunt, Templum Parochiale, & ad quadrantem milliaris ab urbe, in Ot-

tinga

tinga Vetere Templum collegiale S. Philippi & Iacobi & inprimis Capella ſive ſacrarium pervetuſtum S. Mariæ, ad quod frequentiſſimè ſunt peregrinationes religionis ergò inſtitutæ, in quo ingentes quoque ſunt theſauri.

Hinc per ſilvam, in qua termini ſunt Bavariæ & Epiſcopatus Saltzburgenſis.

Urbs DIETMANNING. 2. mill. Oppidum eſt Saltzburgenſe, ſitum ad Salzam flumen, habetque arcem. A quibuſdam Titmoning vocatur.

Ur. LAVFFEN iuxta Salzam. 3. mill. etiam Archiepiſcopi.

P. Salzpurghofen. 2. mill.

Urb. Salzburg. 1. mill. de qua ſupr. Num. 8. Quidam Ottingâ proficiſcuntur Hohenvvart & Burkauſen, atque hinc ad Lauffen. Quò 6. milliaria numerantur.

ITER CXVII.

Norimbergâ MONACUM (Monchen.)

Pag. Kornburg. 2. mill.

P. Schwandt. 1. Sunt duæ Præfecturæ Ohnſpachenſes.

Arx & Oppidum HILPOLTSTEIN 1. & dimid. vel 2. mill. in Palatinatu ſuperiore, iuxta fontes Rotæ fluminis, propè Sultzgoiam: in qua Domini *Ioannis Friderici*, Palatini, familiæ Neuburgicæ, qui non ita pridem abſque hæredibus deceſſit, aula fuit, hodieque ibidem relicta eius coniux vidua ſedem ſuam habet; quanquam locus ipſe nunc ad Palatinum Neuburgenſem pertineat: & prædictæ Principiſſæ Palatinæ in viduitate conſtitutæ, proviſum ſit ad vitæ dies, in Heidecko.

Talmeſing. 2. milliar. parvis.

Vic-

Vic. Greding. 2.mill. ad Aichſtattenſem Epiſcopatum pertinens.

Ur. KUPFENBERG, vel Kupferberg. 2.mill. iuxta Altmuhlam, etiam Aichſtattenſis.

Ur. INGOLSTATT. 3. mill. De qua ſupr. N. 17.

Ur. PFAFFENHOFEN. 4. mill. parv. de qua ſupr. N. 113. atque ibidem etiam de via hinc ad

Urb. MONCHEN. 6. mill. Quidā à Pfaffenhofen ad Cammerwerg. 2. & dimid. atque hinc Monacum 3. & dimid. mill. proficiſcuntur. Quidam per Bruck. huc perveniunt.

ITER CXVIII.

Noribergā STUTGARDIAM. Item Argentinam.

Urbs SCHWABACH. 2. mill. de qua ſuprà. N. 64.

Ur. ESCHENBACH. 3. mill. Ar-

cem habet & ad ſupr. Commendatorem Ord. Teutonici refertur.

Urbs DVNCKELSPVHL.4.mill. de qua ſupr.N.11.

Ur.ELLWANGEN.2.mill. iuxta fluvium Iaxt, eſtque Domini Præpoſiti huius loci: cui plurimum ex ea cōmodi atque emolumenti, etiam ratione feudorum conferendorum accedit: eſtque hic ſpectatu dignum Templum collegiale.

Urb.GEMVNDA.4.mill.

Urb. SCHORNDORF. 2. mill. De hac utraque urbe vide Iter 24.

Ur.CANSTAT, ad quam nonnulli 2.mill. magna Wurtenbergica, alij 3.communia numerant.

Urbs STVTGARDIA. ſemimill. magnum vel 1. parvum. Aliàs vulgò Schorndorfio huc uſque numerantur 3.mill.

A dicta urbe Canſtatt uſque

Urb. STRASBVRG, docebit te Iter 46.

Quidam à dicta Gemunda Suevica Gop-

ca Goppingam. 2. Urb. Eſſelingam. 3. Urb. Tubingam 3. Urb. & Arcem Nurtingen iuxta Nicrum. 2. Urb. & Arcem Kirchheim infra Teccam, etiam Principis Wurtenbergici. 1. atque inde iterum Gemundam 4. Urb. Aalen 2. & Ellwangen 2. mill. ut cōmodum ipſi erat, profectus eſt.

ITER CXIX.

Noriberga BRVNSVICVM itemq; BREMAM.

Urb. COBVRG. Vide ſupr. Iter XII.

Urb. ERFFVRT. vid. Iter XIV.

Urb. BRAVNSCHWEIG. vid. Iter XV. & cognoſces viam omnem Noribergâ huc uſque ducentem.

Hinc Bremam uſque Hulſius notat mill. 22. nempe Giffhorn. 4. Zell. 3. Walsrode. 4. Langenhagen 3. Verden. 4. & Bremam. 4.

ITER CXX.

Naribergâ Francofurtum Mæni, & COLONIAM Rheni.

Vicus Furth. 1. mill. Reipubl. Noribergenſis; ad quem Pegniſus in Rednitzium ſeſe exonerat.

Pag. Fahrensbach. ½. mill. Marchionis Brandeburgici & Norimbergenſium.

Pag. Hohenbuchen. ½. mill. Marchionis itidem.

P. Veitsbrunn. 1. Itidem Marchionis.

Pag. Emenskirchen vel Emskirchen, ad Aurachum, itidem. 1. mill.

Urb. NEVSTAT ad Aiſcham. 1. mill. Marchionis Culmbachenſis vel Bayreutenſis. Præfecturam habet, quam Capitaniatum (Hauptmanſchaft) vocant.

Arx & Pag. Langenfeld. 1. mill. iuxta flumen Ecum & eſt nobilium à Seckendorf.

Vic.

Vic. Biber $\frac{3}{4}$. aliàs propriè Bibera: vel Bibrach: & eſt Wurzeburgenſis.

Pag. Alinantzhauſen $\frac{1}{4}$. etiā wurzeburgenſis.

Hinc per viam infeſtam & intutam, per Pontem Einſi ad

Pag. Poſmann, 1$\frac{1}{2}$. mill. Dn. Dapiferorum à Lympurg.

Urb. MAINBERNEN, Meynbernen vel Meinbernheim. 1. mill. iuxta Mœnum, & eſt Marchionis Ohnſpacenſis. Sed præteriri poteſt.

Urb. KITZINGEN. $\frac{1}{2}$. mill. etiam iuxtà Mœnum. Multi ſunt anni, quibus ſemper fuit in poteſtate Marchionum Ohnſpachenſium: ſed an. 1628. poſt numeratam redemtionis pecuniam, rediit poſtliminio ad Epiſcopatum Wurzeburgenſem: quanquā, ut dicitur, lis nondum plenè ſit deciſa. Et in generali illa & publicata an. 1648. pacificatione continetur, omnem illam de Burgo, Urbe, civitate & Cœnobio (eſt enim hic Cœnobiū

Virginum ſacratarum Ordinis Præmonſtratenſis celeberrimum, poſt hominum memoriam) Kizingenſi controverſiam, ſpacio biennij compoſitum iri.

Urb. WVRTZBVRG. 3. mill. de quo ſupr. N. 11.

Arx & Vicus Remlingen. 2. mill. Dn. Comitum à Caſtell.

Vic. Lonfeld iuxta Mœnum, qui tranſeundus eſt: atque ſic in altera parte eſt Cœnobium Driffelſtein, Ordinis S. Auguſtini; ſed Lonfeld eſt Wurzeburgenſis.

Pag. Neſſelbach. 1. mill. Diſtinctorum Poſſeſſorum, Moguntinenſis, Wurzburgenſis & Wertheimenſis ſive Leonſteinenſis.

Hinc per Silvam magnam, dictam Speſſart, ad

Pag. Beſſenbach 4. iuxta prædictam Silvam, & eſt Moguntiacenſis.

Urb. & Arx ASCHAFFENBVRG. 1. De qua Electorali Mogun-

guntiacenſi hyberna manſione ſeu Diæta & de locis, ducentibus uſque Francofurtum. 5.mill. vide ſupra 33. Iter.

Quidam etiam aliâ via huc perveniunt, nimirum per Hettſtat, Helmersdorf, Reichelsheim, Aichenpuhel, Miltenberg. Klingenberg, Hambach, Wurzburgo Francofurtum. Levinus Hulſius in ſuo Itinerario, viam Salvi conductus ſive paſſus Norībergâ Francofurtum ſic notat: Offenbach, Seligenſtatt, Stockſtatt. Hinc ad vicum Wallſtatt. 1. & dimid. mill. Deinde trans Mœnum ad Klingenberg. 1. Miltenberg. 1. trans Mœnum ad pag. Eychenbern. dimid. per montem ad pag. Neunkirchen dimid. Biſchofsheim. 3. Wurzburg. 4. milliar.

Porrò ex dicto Francfurto uſque Urb. COLONIAM. de qua vid. Iter N. 34.

ITER CXXI.

Noribergâ DANTISCUM.

Urbs LIPSIA. vid. ſupr. N. 12.
Ur. BERLINUM. ſupr. N. 106.
Ur. STETTIN. ibid.
Urb. DANTZIG. ſupr. 77. Iter & ex his omnibus unum confice.

ITER CXXII.

NORIBERGA' DRESDAM.

Urb. BARREUT. Urb. HOF. Urb. ZUUICCAU. De quibus locis tribus & itinere huc ducente, vid. Iter XII.

Hinc porrò ad
Urb. KEMNITZ. 4. vel 5. mill. de qua ſup. N. 107.
Ur. FREYBERG Misniæ. 4. mill.
Ur. DRESDEN. 4. mill. magna. De his duabus Urbibus vid. ſupr. Iter LXVII.

ITER.

ITER CXXIII.

Noribergâ BREMAM & EMBDEN.

Ur. HERZOGEN AVRACH. 3. mill. ad Aurachum flumen, habet Arcem & præfecturam, ſubiecta Epiſcopo Bambergenſi.

Pag. Hochſtatt. $2\frac{1}{4}$. mill. Præfectura Bambergenſis.

P. Freinsdorf. $2\frac{1}{2}$. mill.

P. Ebelſpach, iuxta Mœnum. 2. mill.

P. Pfaffendorf. $2\frac{1}{2}$. mill.

Urbs KONIGSHOFEN. $2\frac{1}{2}$. mill. De hac munitiſſima Wurzburgenſis Epiſcopatus civitate vid. ſupr. Iter 24.

Quidam Bambergam perveniunt 9. mill. P. Baunbach. 1. & dimid. P. Drebſtatt, prope Konigshofen 4. mill. (quidam Baunbach ad pag. Eberach. 1. & dimid. atque inde Drebſtatt,

ſtatt, quem ille Drobſtall appellat, 4. mill.)

Ur. ROMHILDE. 1.

Ur. MEININGEN. 3. mill. De quo utroque loco vid. N. 24.

Arx HERRENBRAITINGEN, vel Braitungen 2. vel 2. & dimid. mill. Sita eſt in Comitatu Henneberg hodie paret imperio Electoris Saxonici ſed in prox. bello exuſta & cremata eſt.

Ur. EISENACH in Thuringia, de quo ſupr. N. 103. 3 mill.

Ur. CREUZBERG, 1. vel 1½. mill. etiam in Thuringia, ad Werram, refferturque ad territorium Iſenacenſe.

Urb. ESCHWEGE 3. mill. magna ſive Haſſiaca.

Ur. ALLENDORF. 2. medioc. mill. Utraque harum Haſſiaca eſt.

Ur. GOTTINGEN, in Ducatu Brunſvicenſi. 3. vel 3½. mill. De his 3. locis vid. ſupr. Iter N. 23.

Urb. Northen. 1¼.

Ur. NORTHEIM. 1.

Ur.

Ur. EINBEKE. 2. Hæc loca Brunſwigica etiam ibidem invenies.

Cœnob. Amelungsborn. 3. mill. in Comitatu Brunſvicenſi Eberſtein.

Urb. HAMMELN. 3. de qua & locis uſque

Urb. MINDEN. quæ 7½. vel 8. mill. efficiunt, ſuprà Num. 68. dictum eſt.

Ur. BREMEN. 11. vel 12. mill. Vide viam à Minden huc uſque ſuprà N. 22. ſub finem.

Ur. EMBDEN 15. vel. 16. mill. ut Iter hoc ſupra Num. 83. videre licet. Quanquam non nemo 15. tantùm numerat, nempe Bremâ ad Delmenhorſt. 1. Oldenburg 4. Stickhauſen (de qua Arce ſupra. N. 31.) 4. & Embden etiam 4. Quidam Oldenburgo ad Embden 10. mill. notant. Nam in Embdenſi agro, milliaria nimis longa ſunt, ita quidem, ut expeditus etiam uño die plura quàm quatuor conficere non poſſit.

ITER CXXIV.

Nariberga HEYDELBERGAM, SPIRAM & VVORMATIAM.

Urbs ſeu Vicus Langenzenn. 3. m. Marchionis Onoldſpachenſis, ad flumen Zennam; in quo celebre eſt Templum collegiatum.

Vic. Erlbach. 2.mill. ad Rednitzium, etiam Marchionis.

Urbs WINSHEIM 2. mill. de qua urb. Imper. vid. ſupra. N. 23.

P. Wallerbach. vel Waldmerſpach 2.mill.

P. Aurenhofen. 1.mill.

P. Bibera. 1.mill.

P. Schafterſinn. 1. In Comitatu HohenLohenſi, Cœnobium eſt hoc nomine appellatum.

Urb. MERGETHEIM. 2. mill. de qua ſupr. N. 24.

P. Schweigern. 1. mill.

P. Ber-

P.Berlen. 2.mill.

Arx Roſenberg. 1. mill. Olim Roſenbergiorum, quæ familia nunc extincta eſt, ſedes: hodie Comitis Hazfeldij.

Pag. Allarn. 1.mill.

P.Scheflenz. 1.

Urb. MOSBACH. 1. Refertur unà cum Arce ad Palatinatum inferiorem. Hic laminæ gladiorum & cultrorum optimæ cuduntur & egregiè armantur, eſtque viſu dignum in ea Templum Urbis.

Urb. NECCARSGMVND. 4. vel per ſilvam Ottonis 3. de qua ſupr. N. 36. Semimilliari ab ea diſtat arx munitiſſima Dillſperg.

Urb. HEYDELBERG. 1. mill.

Vel, Noribergâ

Urb. WINSHEIM. 7. mill. Hinc ad

NEWEN Herberg, Onoldinum locum, & porrò ad

ROTTINGEN. 4¼. mill. Quidam

dam 5. notat. Præfecturam habet, & eſt Epiſcopi Wurzburgenſis ad Tubarim.

Urb. & Arx WEICKERSHEIM. 1. etiam ad Tubarim, Comitum Hohenlohenſium.

Ur. MERGETHEIM. 1.

Ur. BOCKSPERG. 2. mill. In Frãconia, ſed cum Arce & præfectura eſt Inferioris Palatinatus.

Ur. ADELTZHEIM, vel Adoltzheim vel Aletzheim. 3. m. Pertinet ad Nobiles quoſdam, ab ea appellatos. Eſtq; oppidulum.

Urb. MOSBACH. 1. & dimid. vel 2. ſuprà.

Hinc per Neccar Eltz. 3. mill. infra Heilbrunnam, & per ſilvam Ottonicam

Urb. NECCARGMVND. 3. m. De qua etiam ſupra.

Urb. HEYDELBERG. 1.

Ur. SPEYER. 3. mill. Hinc per Manheim

Urb. WORMATIAM. 6. mill. Spirâ,

Spirâ, ſecundo flumine : de quibus locis omnibus ſupra. Num. 36. & 38. dictum fuit. Cui Spiræ nihil eſt quod agat, is eam non ingredietur , ſed Manheimium Heidelbergâ 2. & terrâ Heidelbergâ Wormatiam. 4. mill.

ITER CXXV.

Norimbergâ SCHVVABISHENHALL & VVIMPFEN.

Pag. Stein. 1. mill.
P. Buch Schwabach. 1.
P. Hasle. 1.
Arx & Pag. Feſteburg.

Arx Onolzbach, Onſpach vel vulgò Anſpach, 1. mill, De qua ſuprà. N. 88.

Hinc per ſilvam ad

Urb. CRAILSHEIM. 4. de qua ſupr. 33.

Urb. SCHWABISCHHALL. 3. vel 4. mill. Vid. ſupr. Iter 52.

Urb. OERINGEN. 2.

Urb. NEWSTAT. ad Kocham. 2.

Urb. WIMPHEN. 2. de quib. locis trib. ſupr. N. 36.

Quidam non ita pridem retulit Halenſis, ſeſe petiturum Noribergã, Iter facere per Ur. Crailsheim. 3. Urb. Feuchtwang. (quæ Collegiata eſt Eccleſ. & Marchionis Onoldina præfectura) 2. Urb. Herrieden (ubi itidem Colleg. Canonic. & Arx Epiſcopi Aichſtattenſis.) 2. Onoldſpach. 1. Urb. Nurnberg. 5. Summa. 13. mill. Halâ Norimbergam.

ITER CXXVI.

Norimbergâ FRANCOFVRTVM ad Oderam.

Urb. LIPSIA. de qua ſupr. N. 12.

Hinc per Eylenburg, Torgaw, Herzberg, & alia loca, quæ ſuprà. N. 104. notata ſunt, uſque

Urb. FRANCFVRT. quò quidam Norimbergâ 59. milliaria numerat.

ITER CXXVII.

Noribergâ LVBECCAM.

Urb. ARNSTAT Thuringiæ vid. ſupr. Iter 14. Hinc per Weiſſenſee & loca alia, ad

Urb. MANSFELDT. de qua ſupr. N. 15.

Ur. MAGDEBVRG. de qua Nu. 16. & 24. Hinc porrò

Ur. WOLMERSTET. 2. mill.

Ur. GARDELEBEN. 5. de quib. duob. locis ſupr. N. 24.

Ur. SOLTWEDEL. 5. Quidam 7. habet.

Ur. LVCHAW. 2 m .

Ur. DANNENBERG. 2. de quib. locis 3. ſupra N. 26.

Ur. HITZGER vel Hitzacker 3. mill. Arcem habet, iuxta Albim in Ducatu Luneburgenſi: ſubiecta Dn. Auguſto Duci Brunſwicenſi & Luneburgenſi, Wolfenbuttelium.

Pag. Bluchen.3.

Pag. Gallin.3.mill.

Urb. RATZENBVRG. 4. mill. Ab hac nomen accepit Epiſcopatus, hodie Ducis Megapolitani, quanquam de eadem quoque participat D. Auguſtus Saxo-Lauenburgicus, quique in munitiſſimo hoc caſtro ſedem ſuam habet aulicam; quod ut & Templum Cathedrale, viſu digna ſunt.

Urbs LVBECCA. 2. vel 3. mill. Quidam 14. mill. Dannenbergam & 2. cum ½. Ratzenburgo huc numerat.

ITER CXXVIII.

Noribergâ CASSELLAS HASSIÆ.

Urb. MAININGEN. vid. ſuprà Iter 123.

Urb. & Arx WASVNGEN. 1. mill. Sita eſt iuxta Werram, & refer-

tur ad

tur ad Illuſtrem Comitatum Henne-bergenſem.

Arx HERRENBRAITVNGEN. 1. vel 1.& dimid. mill. De qua ſupra N.123. Quidam perveniunt ad Burg-braitingen.

Vic. Marckſul vel Mareſul 2. vel 2½. mill. Subiectus ditioni Saxo-Iſe-nacenſi.

Urb. BERKA ad Werram 1. Qui-dam. 2. habet milliaria. Saxonica Iſe-nacenſis, ſita in Thuringia.

Urb. ROTENBVRG. in Haſſia. 4. mill. de qua ſupr. N. 22.

Urb. MELSVNGEN. Milſingen. 3. iuxta Fuldam, in Principatu Haſ-ſiaco; in qua domus illuſtris & Curia, itemque pons elegans ex lapide ſe-cto quo Fulda iungitur, ſpectari poſ-ſunt.

Ur. CASSEL. 2. vel 3. mill. Vide de hac ſupr. Iter LXVIII.

ITER CXXIX.

Noribergâ OLMVTZIVM Moraviæ.

Urbs EGRA, de qua vid. N. 12.

Ur. PRAGA. Vide de hoc itinere N. 85.

Ur. PODIEBART vel PODIEBRAD. 6. mill. parv. Sita eſt iuxta Albim & Silvam, in Bohemia, intra Nimburg & Kolin: arcem habet & ſubiecta eſt imperio Regis Bohemiæ.

Ur. PARDVwITZ. 4. vel 5. mill. Sita in Bohemia & Circulo Bechinenſi, verſus Moraviam: ubi Arx eſt munita.

Ur. LEVTOMYSSL, vel Litomisl. 5. vel 6. mill. non procul à finib. Moraviæ in circulo Chrudimenſi iuxta Silvam, & Arcem habet.

Ur. MORAVICA TRIBAV, vel Tre-

Trebowa. 3. mill. in Marchionatu Moraviæ.

Ur. MVGLITZ. 3. mill. in Moravia, verſus Comitatum Glazenſem & propè flumen March, vel Morawa.

Urbs OLMVTZ. 4. mill. De hac urbe, quæ caput eſt Marchionatus Moravienſis, vide ſupra. Iter XXI.

ITER CXXX.

Noribergâ OSNABRVKVM.

Urbs CASSEL. vid. ſupr. Iter 128.

Ur. VVARBVRG. 4. mill. de qua ſupr. N. 30.

Ur. LIECHTENAV. 3. mill. in Epiſcopatu Padebornenſi.

Arx NEVHAVSEN. vel Nienhus, etiam in prædicto Epiſcopatu, iuxta Lippiam flumen. 1. mill. parvo.

Urbs BILEFELD. 4. vel 5. mill. de qua ſupr. N. 31.

Ur. MELLE. 4. vel 4½. mill.

Ur. OSNABRVGG. 2½. mill. de

qua utraque ibid. Quidam Padebornâ huc uſque 10. tantùm mill. habet.

ITER CXXXI.

Noribergâ ROSTOCHIVM.

Urb. NAVMBVRG. de qua ſupr. N. 12.

Ur. MERSEBVRG. 4. iuxta Salam fluvium, propè fines Saxoniæ, Thuringiæ & Misniæ. Caput eſt Epiſcopatus eiuſdem nominis, iam verò ſubiecta Domino Electori Saxonico: in qua Templum Cathedrale ſpectatu dignum eſt.

Ur. HALA Saxonum. 2. vel 3. Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, hodieque eſt Dn. Auguſti, Ducis Saxoniæ & Adminiſtratoris illius Epiſcopatus ſedes Aulica, in qua tēpla quędam, Arx Mauritiburgum vocata & præcipuè Salis coquinæ ſpectatu digna ſunt.

Ur. DESSAVV. 5. vel 6. mill. in Prin-

Principatu Aſcanienſi, iuxta Albim, qui ponte iungitur: in qua Princeps Ioan. Caſimirus ſedem habet aulicam.

Urb. ZERBST. 2.mill. etiam in prænominato Principatu ſita, in cuius Arce Ioannes Princeps Aſcanienſis, ſedem ſuam habet Aulicam. Nobilitatus locus famâ Cereviſiæ optimæ æſtivæ, quæ hic coquitur, inque varias & remotas regiones exportatur.

Ur. LOBVRG. vel LAVBVRG. 3. mill. in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi ad Strumam fluvium præfecturam habens.

Arx Tuchem. 3. Archiepiſcopi Magdeburgenſis.

Ur. GENTIN. 2. itidem Archiepiſc. Magdeburgenſis.

Ur. BVCKAVV. 3.mill. in Marchionatu Brandeburgenſi.

Ur. HAVELBERG. $3\frac{1}{2}$. mill. de qua N.101.

Ur. PRITZWALCK. 6. mill. Electoralis Brandeburgica civitas, ſita in Prignizio.

Ur.PLAVEN.6.

Ur.GVSTRO.5.vel 6.mill.

Ur.ROSTOCK.4. de quib. locis 3.ſupr.N.24.

ITER CXXXII.

Norimbergâ TREVIRIM, Trier.

Pag. Radelſpurg.$2\frac{1}{2}$. vel 3. mill. ad Biberam flumen.

P.Dachſtatt.4.vel $4\frac{1}{2}$.mill.

Ur.ROTENBVRG ad Tubarim. $1\frac{1}{2}$. mill. de qua ſupr. Num.11. Levinus Hulſius Noribergâ per Ohnſpach, 5. milliar. Noriberga diſtante, hucuſq; 9.mill.numerat.

P.Kellerbach. ab alio Kelberbach. dictus 3.mill.

Iagsthauſen.2.mill.Familiæ nobilis Berlichingerorum, ad Iaxtum flumen.

Urbs INGELFINGEN ad Kocheram, Comitum Hohenlohenſium Langenberg.2.milliar.

Ur.

Ur. NEVSTAT ad Kocheram. 3. Alius. 2. tantùm notat.

Urbs WIMPFEN. 1. mill. magn.

Ur. WISELOCH. 3. mill.

Ur. SPEYER. 2. & dimid. vel 3. mill. De quibus quatuor locis, in prę-cedentibus Itineribus dictum eſt. Vide Indicem.

Ur. DEIDESHEIM. vel Diedesheim. 4½. mill. Sita eſt ad Hartam, eſtque Epiſcopi Spirenſis.

Ur. KEYSERSLAVTERN. 4. mill. de qua ſupr. N. 38.

Pag. Mullebach. 4. mill.

Ur. S. WENDEL 5. de qua ſupr. N. 5. Quidam Spirâ huc uſque tantùm 15. habet mill.

GRIMBVRG. 3. vel 3½. mill. Archiepiſcopi Trevirenſis.

Ur. TRIER. 3. vel 3. & dimid. mill. De quibus duobus locis, vide N. 38.

* *
*

ITER CXXXIII.

Pragâ LIGNITIVM.

Vic. Nedſſiza. 3. mill.

Ur. NYMBVRG à multis, ſed vitioſè, Lympurg dicta. 3. mill. De qua ſupr. N. 20.

Vic. Biſchofs. 4. mill.

Horſchitz. 3. & dimid. mill. Quidam 2. tantum notat, & oppidum atque Arcem eſſe ſcribit. Hinc per Hof, ad

Ur. TRAVTENAVV. 4. mill. in Circulo Koniggratzenſi, ad flumen Vpawa, verſus montana Gigantum.

Ur. LANDSHVT. 4½. Hulſius 2. tantùm notat. Sita eſt in finibus Bohemiæ, ſed in ipſa Sileſia, & Ducatu eiuſdem Schweidnizenſi, ad fluviolum Zieder.

Ur. PVLKENHAIN, vel Bolkenhain. 2. mill. in modò dicto Ducatu

in fi-

in finibus Javarenſis Principatus; habetq; Arcem in monte ſitam admodum munitam.

Urbs JAVER. 2. mill. Caput eſt Principatus huius nominis, in Sileſia inferiore 4. milliar. Schweidnizio, & 8. mill. Breslaviâ; ubi Cœnobium eſt Bernhardinorum, quod ut & Arx illuſtris & Curia ſpectatu digna fuerint. Sed templum elegantiſs. ampliſſimumque, anno 1648. in cineres redactum eſt.

Urbs LIGNIZIUM. 2. mill. De qua ſuprà N. 105.

ITER CXXXIV.

SALTZBURGO RATISBONAM.

Urbs LANDSHUT; de qua via huc uſque, quæ conſtituit. 15. mill. ſuprà in 116. Itinere dictum eſt.

Vic. Erwoltzpach, vulgò Erberſpach, à nõnullis quoq; Ergoldtsbach

nominatus 3. mill. Pertinet ad Landeshutanam Bavaricam gubernationem.

Vic. Eckmull. 3. in inferior. Bavaria, ſub illa ipſa Iuriſdictione, ad Labarum exteriorem ſive magnum; Eſt hic Arx.

Ur. REGENSPURG. 3. mill. de qua ſupr. N. 8. Summa. 24. mill. Saltzburgo huc uſque.

ITER CXXXV.

STETTINO FRANCKFURTUM ad Oderam.

Urbs GREIFENHAGEN. 3. mill. Pomeraniæ, eſtque acceſſus hinc ad Stettinum.

Ur. KONIGSBERG. 4. mill. in nova Marchia Brandeburgenſi, ad Roricham flumen.

Ur. BEERENWALD. 2. vel 3. mill. etiam Electoralis Brandeburgica.

V. CV-

V. CVSTRIN 2. de quo Caſtro Brandeburg. ſuprà N. 78.

Arx & Urbs LEBVS vel Libus 2. mill. De qua ſupr. N. 29.

Urbs FRANCOFVRTVM ad Oderam 1. mill. de qua ſupr. N. 17.

ITER CXXXVI.

Argentinâ FRANCOFVRTVM Mœni.

Pag. Hugelsheim 5. mill. de quo ſupra N. 46.

Urb. SELZ 1. mill. iuxta Rhenum, adhuc in Alſatia. Sed annis ſequentibus Palatinatui inferiori, unà cum Opulenta Præpoſitura adiuncta eſt.

Urbs LAVTERBVRG. 1. mill. ad LAuteram, pertinetque ad Præpoſituram Weiſſenburgenſem.

Pag. Newburg ad Rhenum 1. mill. Electoris Palatini.

Pag. & domus Vectigalis Schrok. 2. mill.

Urb. GERMERSHEIM. 2. mill. Arcem habens & probè munita, Electoris Palatini.

Urb. & Arx PHILIPSBURG. 1. ante dicta UDENHEIM, Epiſcopatus Spirenſis: quanquam præſidium habet Gallicum, & Rex ille in pacificatione generali, tranſitum per Rhenum ſibi reſervaverit.

Urb. SPIRA. 1. mill.

Caſtrum MANHEIM. 3.

Ur. WORMATIA. 3.

Arx Stein. 1. mill. de qua ſupr. N. 36.

Ur. GERLTSHEIM vel GERNSHEIM. 1. mill.

Pag. Stockſtatt. 1. mill.

Ur. OPPENHEIM. 1. mill.

Vic. Nerreſtein vel Nerſtein.

Urb. MOGUNTIA. MEINTZ. 1½. mill. Vide de his locis omnibus Iter 36. Et huc uſque flumine vehuntur omnes, qui hoc iter ſuſcipiunt, nempe Rheno. Hinc patet ingreſſus in Mœnum ad

Arcem Ruſſelsheim. Eſt munitiſſimus locus Principis Haſſiaco Darmſtattini, ad quam pagus eſt.

P. Ettersheim. 1. Archiep. Moguntiacenſis.

Arx Kelterſpach. ½. mill.

Urb. & Arx. HOCHST. ½. mill.

Urb. FRANCFVRTVM. 1. de quib. locis 3. ſupr. N. 4.

Vel, Terrâ,

Per Kell, Poters weyer, Lincksdorf, Biſchen ad altum pontem, Renchenloch, Scherzach, Liechtenaw, Stollhofen & Hugelsheim, ad

Vic. & Arcem Raſtatt. 6. mill. de qua ſupr. N. 46.

Mulberg. 2. mill. Marchionis Badenſis, ubi antehac Arx fuit, quæ iam exuſta iacet, fuitque hic percommodum diverſorium.

Pag. Linckenheim. 1½. mill.

Arx & Pag. Graben. ½. mill. Eſt Marchionis Badenſis. Hinc per pagum Spirenſem Newendorf ad

Urb.

Urb. & Arcem PHILIPSBVRG. 1. & dimid. vel 1. mill. magn. de quo paulò ante. Hinc per pag. Oberhauſen & Rheinhauſen, trans Rhenum.

SPIRAM. Urb. 1. mill. magn. Hinc iterum traiecto Rheno ad

HEIDELBERG. 3. mill. parvis.

Qui Spiram ingredi & ſpectare non cupit, rectà à Rheinhauſen viam capiet Heidelbergam. Hinc

Urb. FRANCOFVRTVM, ſupr. N. 88. notatum. Quidam ab arce Graben, per Waghauſel (ubi Cœnobium eſt, ad quod olim frequentes fuerunt peregrinationes devotionis ergò ſuſceptæ) ad pagum Reylingen 2: mill. atque hinc Heidelbergam etiam 2. mill.

Quidam Argentorato iter capiunt ad

Pag. Kembsheim. 2. mill.

Urb. BEINHEIM. Marchionis Badenſis in Alſatia inferiore.

Ur. SELTZ.

Ur. LAVTERBVRG. de quibus locis duobus ſuprà.

Ur. RHEINZABERN. Quo decem milliaria Argentinâ numerantur ſubiecta eſt Epiſcopo Spirenſi.

Ur. SPEIR. 4. mill.

Ur. HEIDELBERG. 3. & porrò FRAncfurtum, ſicut paulò ante notatum.

Alij Argentorato proficiſcuntur Urb. HAGENAVV. 4. mill. In hac urbe imperiali & Camera, quæ quod ius Advocatiæ attinet, ad Præfecturam Provincialem Hagenoenſem refertur (hodie per pacificationem generalem ad regnum Galliæ hæreditario pertinens) & in Alſatia inferiore, intra Matram & Sornam flumina ſita eſt, inprimis ſpectatu dignum eſt Palatium ſive Aula Imperatoria, fermè in umbilico ſeu medio civitatis loco, in quo tres Capellæ ſeu Sacraria ſub eodem tecto, lateribus coctis diſtincta & in orbem fornicibus ſuſpenſa. Item; ante Collegium Jeſui-

Jeſuitarum, Aries, inſtrumentum bellicum antiquum, quo muri & portæ quatiebantur: ut & Curia, cum monte Oliveti, miro atque ſingulari ædificio ex lapidibus ſculpto.

Urb. WEISSENBVRG ad Rhenum, vel CRON weiſſenburg. 3. vel 4. mill. Imperialis urbs in Alſatia inferiore, ad radices montis Vogeſi condita; ubi Templum Collegiatum & in eo Corona inſignis magnitudinis, non verò illa Dagoberti (argētea inaurata, turriculiſque & emblematibus variis exornata fuit, quæque 24. pedes in circumferentia habuit) ſed quæ iſtius tantùm formam repræſentat. Habet Principalis Præpoſitura in hac urbe, quæ anno 1645. Epiſcopatui Spirenſi inſerta eſt, adhuc iura quædam in urbe: eſtque in domo Teutonica aſylum, in quo homicidis per aliquot ſeptimanas tutis agere licet.

Urb. GERMERSHEIM. 5. de qua ſupra in hoc Itinere.

Spieſs.

Spieſs. 2. mill.

Urb. HEYDELBERG. 3. mill. atque ſic porrò Francfurtum.

ITER CXXXVII.

Argentorato, HORNBERGVM in Silva Martia.

Urb. OFFENBVRG. 2. mill. ſi per pagum Goldſcheur, proximâ viâ eatur. Sita eſt hęc urbs imperialis ad Kinzingam fluvium, in Ortenavia ſive Mordnavia: in qua templum & curia ſpectatu digna ſunt.

Urb. GENGENBACH. 1. mill. etiam Urbs Imperialis in dicta Mordavia & iuxta Kinzingam ſita: in qua Cœnobium ſpectare licet, cuius Abbas Status eſt Imperij & Circuli Suevici.

Urb. ZELL ad Hammerſpach. ½. mill. magn. Etiam Urbs Imperialis in Mordnavia.

Ur. HAVSEN. ½. mill. In valle

Kin-

Kinzingenſi, Comitis à Furſtenberg habetque arcem, cum Dynaſtia annexa.

Urb. HASLACH. 1. mill. etiam in Valle Kinzingenſi, quæ anno 1650. Domino Comiti Friderico Rudolpho à Furſtenberg ſubiecta fuit.

Urb. HORNBERG. 2. mill. Sita in ſilva nigra (im Schwarzwald) ad Gutachum flumen, Principis Wurtenbergici, cum duab. arcibus.

ITER CXXXVIII.

Argentorato METIM. *Metz.*

Urb. TABERNÆ ALSATICÆ. Elſaszabern. 4. mill.

Ur. PFALZBVRG. 1. de quib. locis duobus ſupra. N. 46.

Urbs SARBVRG, cognomento Kaufmans Sarburg, vel Sarbruck, 2. ibid.

Langimbret. 2. mill. Hinc per

Marſal

Marſal (locum admodum munitum in Epiſcopatu Metenſi.) ad

Vic. & Arcem Chaſteau Salins, 4. mill. Coquitur hic Sal, referturque ad Ducatum Lotharingicum.

Urb. METIS, Metz. 5. de qua ſup. N. 45. Vulgò numerantur 18. mill. Argentorato huc uſque.

ITER CXXXIX.

Argentorato MONTISBELGARDVM (Mümpelgart.)

Urb. COLMAR. De qua atque itinere, quo huc pervenitur ſupr. N. 75. dictum eſt.

Ur. S. CRVX. H. Creutz. 1. mill. iuxta Illum fluvium 2. horis Colmariâ eſtque illius urbis hodie.

P. Enſen. 1. mill. mediocr.

V. ENSISHEIM. 1. mill. Habent hic Collegium Jeſuitæ; fuitque hic olim Gubernatio Auſtriaca totius Sundgoiæ, Briſgoiæ & ſuper cæteras

ras urbes oppida & pagos: hodie v. poſt pacificationem generalem hæc urbs, cum univerſo Landgraviatu Alſatiæ, regno Gallicano adiuncta.

Urb. MVLHAVSEN. 2. mill. vid. ſupr. N. 57. Iter.

Pag. Wolfersdorf. 2½. mill.

P. Manglot. 1. mill.

P. Febere. 1¼. mill.

Urb. DATTENRIED. 1. mill. Sita eſt in Elsgoia atque Burgundicè, ut ferunt, appellata Tel. Arcem habet & eſt Sundgoiæ ditioni, Befort, inſerta, parentis hodie D. Comitib. La Suſe.

Pag. Vetſch. 1½. mill.

Mervilles ad Dubam. 1. mill. Alius quidam 2. ponit & Hulſius 2. & dimid. mill.

Urb. MVMPELGART. 2. mill. Hulſius habet tantùm 1. atque Argentorato huc uſque 23. mill.

de Montisbelgardo vide ſupr. N. 47.

ITER

ITER CXL.

Treviri FRANCFVRVVM.

Pag. Reol.2.mill. Francica Abeſt à Moſella uno lapidis iactu in loco edito & ſublimi, eſtque ibidem Arx Electoralis Trevirenſis Rigelburg, quo loco priſcorum Rigodolum conditū fuiſſe perhibetur.

Pag. Newmagen vel Numagen. 2. mill. Gallic. Quidam habet tantùm $1\frac{1}{2}$. Situs eſt iuxta Moſellam, habens arcem & templa duo, locus admodū vetuſtus & Romanis notus, olim Comitum à Sein & Witgenſtein, veluti Feudum Archiepiſcopi Trevirenſis & forſitan adhuc hodie.

Urbs KIRCHBERG. $4\frac{1}{2}$. mill. Germanic. ad Vogeſum & unà cum Comitatu relata ad Simmerenſem Principatum, Eſtque hodie D. Palatini Ludovici Philippi, lineæ Heidelbergenſis, cuius etiam eſt Lautern.

Urbs

Urbs SIMMERN vel Siemmern. 1.mill. Germ. magn. Hulſius Treviri ad Berg Caſſel numerat 4.m. Bircken-feld. 2. & Simmern. 3. Vulgò à Sim̃ern Trevirim numerantur 10. mill. vid. ſupr. Iter 90. atque ibidem de locis ſequentibus, hinc ad

Urb. FRANCFVRT.

ITER CXLI.

Vlmâ TRIDENTVM *&* VENETIAS.

Urbs AVGVSTA. 9. mill. Vid. hic Iter 46. & Auguſtâ uſque

TRIDENTVM. &

VENETIAS. Iter 53.

Vel, via breviore, ab

ULMA per pag. Voringen, Dn. Vohlinorum Baronum, ad

Vic. & Arcẽ Ilerthiſſen, vel Thiſſen, iuxta Ilerum flumen. 2. mill. prædictorum Dn. Dn. Vohlin, &c. qui in ea ſedem habent.

Arx

Arx & pag. Aicha, vel Aichheim, non procul à ſeſe invicem remota. 1. mill. Dn. Caſparis Bernhardi, Comitis à Rechberg.

Arx & Vic. Kelmuntz $\frac{1}{4}$. Dn. Viti Erneſti, Baronis à Rechberg.

Hinc per pagos Blaſs & Haimertingen, ad

Urb. MEMMINGAM. de qua ſupr. N. 47. dictum eſt. Vulgò Ulmâ huc uſque numerantur 6. mill. ſed parva.

Arx & Pag. Gruenbach, 1. & dimid. mill. Arx altera huius loci, unà cum Eccleſiaſtica Iuriſdictione, ante bellum prox. Germanicum, pertinuit ad quendam Dn. Dn. Pappenheimiorum: Sed ex illo tempore locus hic mutationem ſubijt.

Urb. CAMPIDVNVM, Kampten. 2. & dimid. mill.

Pag. NESSELWANG. 2. & dimid. vel 3. mill.

Vic. REVTI. 2. & dimid. mill. vel 5. hor. aut 3. mill.

CLAVS, Cluſa, infra Arcem vel Caſtrum Ehrenberg ½. mill. vel 1. hor. Quidam ¼. mill. vel ſemihoram notat. Vide de his locis ſuprà Itinera 96. & 97.

Pag. Ayterwang ½. mill. Quidam à Reuti huc uſque numerat 2. mill.

Pag. Lermas 2. mill. parv.

P. Naſareit. 1. & dimid. Quidam à Reuti huc uſque notat. 3. mill. magna, vid. dictum iter 97.] Eſt pagus ampliſſimus & mercium huc importatio celebris.

Pag. Imbs vel Imbſt. 2. vel 3.

Landeck, de qua ſupr. N. 84. 2. vel 3. mill.

Pag. Pfunds. 2½. mill. Quidam. 4. ponit.

Pag. Nuders. 1. mill.

Mals. 2. vel 2½. mill.

Urb. MERAN. 6. de quo utroque loco, vid. Iter. 84.

Pag. Terle. mill. 1. magn. Quidam. 2. mill. habet.

Urb. BOTZEN. 2½. mill. De qua

& lo-

& locis ſeqq. uſque Tridentum & Venetias, ſuprà N.53. videri poteſt.

In quodam Itinerario Principis ſic notata inveniuntur loca, ex Tridento : Vic. Newmarckt. 4. mill. Urbs Meran.4. Vic. Letſch. 5. hor. equitanti. Mals. 5. hor. Pag. Nuiders. 4.hor. Pag. Ried. 3.hor. Pag. Nazareth vel Nazareit. 5. mill. Cluſa infra Ehrenburg.3¼.vel 4.mill. Vic. Neſſelwang.4.Kempten.3.vel 4.milliar.

ITER CXLII.

Ulmâ RATISBONAM, LINTZIUM & VIENNAM, aquis & terrâ.

Et primo quidem itinere terreſtri.

Urbs ULMA. Hinc iuxta pagos nonnullos, ut puta Pfuel, Fahla & alios ſicut & Oppidum Ulmenſe Leipheimium, ad

Urb. GVNTZBVRG. 3. mill. De qua ſup. N. 5.

P. Reiſerſpurg. $\frac{1}{2}$. mill.

P. Offingen. $\frac{1}{2}$ mill.

P. Gundremingen. $\frac{1}{2}$. mill.

P. Eiſslingen. $\frac{1}{2}$. mill.

P. Weiſſingen. $\frac{1}{2}$. mill.

P. Holzen. $\frac{1}{4}$. mill.

Vic. Penzwangen. Feudum Cãpidunenſe, eſtque hoc temporis Nobilis cuiuſdam à Knoringen. 1. mill.

P. Pfaffenhofen. 1. mill.

P. Lauterbach $\frac{1}{4}$.

P. Merdingen. dimid. mill. ſitu adhuc in Suevia, quæ regio à Bavariâ Lyco fluvio diſterminatur.

Urb. RAIN. 1. m. quanquam hoc oppidum à latere præteriri poteſt illis: quibus in oppido nihil negotij eſt. Eſt vero Raina, primus locus in Bavaria, Electoris imperio ſubiectus, ſitus ad Acham flumen, optime munitus, Dicaſterium habens provinciale.

Vicus

Vic. Burckheim. 1.mill. Palatinatus Neoburgici.

Pag.vel Vic. Straſs. dimid. etiam Neoburg.

Urbs NEWBVRG.1.mill. de qua ſupr.N.12.

Pag. Berckheim, Neoburgenſis. 1. mill.

P. Gerlfingen, Bavarici Electoris. 1.mill.

Urb. INGOLSTATT. 1, de qua ſupr.N.17.

Pag.Meringen.1.

P. Meningen.1. E regione eſt vicus Bavaricus Vochburg.

Vic.Pforing.1.

Urb.NEWSTATL 1.

P.Saal.2.

Vic.Abach.1.

Urbs REGENSPVRG.2. de quibus poſtremis locis ſupra, N.6.

Hinc pervenitur ad loca illa, quæ in itinere fluvio ſuſcepto, notantur. Cui verò nihil Ratisbonæ eſt, quod

agat, hic ex prædicto Neuſtattl veniet ad

Urb. ABENSPERG. 1. mill. in Bavaria ſuperiore, iuxta flumē Abenſt, vel Abs: & habet Iudicium provinciale, Cœnobium Carmelitanum & Arcem, in qua ſedem ſuam olim habuit celeberrimus ille Comes Babo, & in qua natus eſt rerum Boicarum Scriptor famoſiſſimus Ioannes Aventinus.

P. Leidendorf. 2. mill.

P. Saltskofer 2. mill.

P. Kalte Herberg. 2. mill.

Urb. STRAVBING. 1. mill. Altera hæc eſt civitas Bavariæ inferioris ſita iuxta Danubium: ubi gubernatio eſt Electoralis & Principis fiſcus, Ampla ſatis & templum habens collegiatum elegans, ad S. Iacobum & Tiburtium, cum Cœnobio Carmelitarum.

Vic. Pladling. 4. mill. iuxta Iſaram.

Pag. Iſachofen 1. mill.

Urb. OSTERHOFEN. 1. mill. in Bavaria inferiore, referturq; cū Dicaſte-

caſterio Provinciali ad gubernationem ſeu Iuriſdictionem Landeshutanam. Eſt hic ſpectatu dignum Cœnobium Præmonſtratenſium.

Vicus Pleinling, à nonnullis Pleinting vocatus. 1. mill.

Urbs VILSHOFEN. 1. mill. iuxta Danubium, in quem Vilſa ſeſe exonerat, ſita in Bavaria inferiore, pertinens ad gubernationem Straubingēſem. Habet templum collegiatum & Præpoſituram S. Ioannis Baptiſtæ, & Dicaſterium Provinciale. Eſtque hic Vectigal vinarium magnum, Auſtriacorum vinorum, quæ in loca ſuperiora perferuntur.

Urbs PASSAV. 4. mill. vid. de hac urbe, deque itineribus ducentibus Lintzium ſuprà Itinere X.

Hinc alijs vijs deſcenditur Viennam, puta

Urb & Arcem STEYERECK. 1. m. Oppidum eſt parvū, in ripa Danubij. Arx aūt elegantiſſima, cum horto pulcherrimo, ante Iorgerorū Baronum, nunc Ungnadiorum eſt.

Vic. Matthauſen vel Maidthauſen 2. mill. etiam iuxta Danubium in Auſtria ſuperiore, quo *loco flumen* Launicz in Danubium ſeſe exonerat. Antehac Archiducum, poſtea Meggaviorum, nunc ut fertur Comitis Gebriani.

Vic. Berg. 1. Hinc per ſilvam, Sperken, ad

Urb. & Arc. GREIN. 3. mill. in ſuperiore adhuc Auſtria, ad Danubiũ, antehac Comitis à Meggau, nunc Dn. Ludovici à Dietrichſtein, &c. ubi Cœnobium novum Franciſcanorum & inprimis Sacellum S. Mariæ di Loreto, cum arce Greinburg digna ſunt, quæ ſpectentur.

Arx & Vic. Beſenboig vel Poſenboig. 3. mill. paret Domino ab Hoyos vel Hois.

Pag. Pechling. 2. mill.

Vic. Spitz. 3. mill. Domini à Kueſſtain.

Urb. STEIN. Archiducalis Auſtriæ inferioris, iuxta Danubium, paulò ſupra Crembſam urbem ſita:

inter

inter quas Cœnobium eſt Capuccinorum, & Capella, dicta fonticulus Virginis Mariæ.

Vic. Gravenwert. 2. mill. Comitis à Werdenberg.

Pag. Hauſsleuten. 2. mill.

Vic. Stockeraw. 1. mill. ad Danubium.

Urbs KORNNEWBVRG. 2. Archiducalis in Auſtria inferiore, probè munita, non procul à Danubio.

Urb. VIENNA. 2. mill. Et hac viâ utuntur, qui & pedibus & equo iter faciunt.

Quidam Viennâ diſcedens, ſic iter inſtituit, ut primò pervenerit ad Frawenbronn, quo frequentes fiunt peregrinationes: deinde

Pag. Ietzing.

S. Vitus, ubi elegans eſt Cœnobium.

Cœnob. Maurbach, de quo paulo poſt.

Urbs TVLL, etiam infra.

Vic. Treſsmauer. Item.

Durrenrohr, quo in loco ante annos pluſculos, caupo triginta homines occidit, & carnes eorum, quaſi aprugna eſſet aut Suilla, hoſpitibus in menſa comedendas apposuit: de quo poſtmodum, ſicut etiã de ancilla, quæ ipſi in faciendis cædibus & committendis homicidiis ſociales manus prębuit, capitis ſupplicium ſumtum eſt. Ad ſiniſtram conſpicitur arx celſiſſima Sitzenberg, in cuius vicinia multi ſunt horti, croci feraces.

Stollhofen.

Mauteren. Stein & Crembs, quæ tres urbes parvo à ſeſe invicem ſpacio abſunt.

Vel LINZIO, ad

Vic. & arcem Eberſperg. 1. mill. ad Draunum in Auſtria ſuperiore, Epiſcopi Paſſavienſis. Hinc per Saltum, Schuſſelholtz appellatum ad

Pag. Saſten. 1. mill. magn.

Urb. ENS. 1. mill. parvum: ad flumen Ens in Auſtria ſuperiore; ubi verò infra urbem, trans pontem Entij, Auſtriæ

Auſtria inferior ex hoc latere incipit. Eſt Archiducalis, in qua ſpectatu digna ſunt, turris in foro ſtructa perelegans. Dicta fuit olim Laureacum vel Lorch, Archiepiſcopalis olim & perampla, antequam everſa fuit & vaſtata, & præſens nova, ſed multis partibus anguſtior, facta eſt.

Pag. Erlach. 1. mill.

Pag. Strenberg. 1. mill. magn. & via aſpera atque difficilis.

Vic. Oedt. 1. mill. ad Ditionem Vnderwaldſeenſem pertinens.

Arx & Vic. Zeillern ½. mill. Dn. Comitum à Tattenpach.

Vic. Ambſtatten. ½. mill. Locus eleganter ſtructus & amœnus, Epiſcopatus Paſſavienſis.

Vic. Plintenmarckt. 1. mill.

Vic. Newmarck. ½. mill. Vterque ſubiectus eſt Dynaſtiæ Carlſpachēſi L. Baronum à Zinzendorf.

Pag. Erlaff. 2. m.

Urbs & Cœnobium MELCK. 1½. mill. ſita eſt in ripa Danubij & qui-

dem Oppidum: Cœnobium verò in loco edito & celſo, è quo amœniſſimus in loca vicina proſpectus patet: eſtque inprimis viſu dignum, propter monumenta ſepulchralia Veterum Auſtriæ Principum; etiam propter munitiones egregias.

Urb. S. POLTEN. 3. Archiducalis civitas, ad Draſamum fluvium Auſtriæ inferioris ſita & à Cœnobio S. Hippolyti denominationem ſuam ſortita: quæ Abbatia, ut & templum parochiale, itemque Curia, digna ſunt, ut ſpectentur.

Hinc per Silvam Viennenſem ad Vic. Tulbing. 4. mill.

Cœnob. Maurbach. 1. mill. in dicta ſilva Viennenſi (quæ hic clivoſa eſt atque denſa) Carthuſianorum monachorum, in quo Fridericus tertius, cognomento pulcher, Imperator Romanus, fundator eius primus, an. 1330. mortuus, & ſepultus iacet. Eſt non procul ab eo ſpectatiſſimum diverſorium & Lacus.

Urb.

Urb. VIENNA. 3. mill. Et hac via utuntur plerique, qui rheda vel eſſedo vehuntur.

Quidam Viennâ ad S. Hippolytum, ita pervenit, iter nimirum inſtituendo, ad

Pag. Buntzing, in quo Templum eſt S. Rochi ad quem frequentes ſunt religionis ergo peregrinationes.

Pag. S. Veit.

Pag. Higelsdorf.

Pag. Waydlingsawen.

Pag. Burgersdorf.

Pag. Ruesshof.

Pag. Munzbach, omnia loca itinere unius dici ſuperanda. Altera die venit

Vic. Leinbach, ubi Cœnobium eſt & arx, Dn. Paulo Palfi ſubiecta.

Landsdorf.

Pag. Bohmenkirch 3. vel 4. hor. à dicto Muntzbach.

Urbs S. POLTEN, etiam 3. vel 4. hor.

Quidam & præcipue qui pedibus

iter faciunt, ad oppidulum Pechlarn perveniunt, quod cum arce eſt Epiſcopi Ratisbonenſis: porrò ad pagum ſeu Vicum ampliſſimum & arcem Treſsmauer, ad Treſam ſitum, qui Epiſcopi eſt Salzburgenſis atque hinc porrò Viennam.

Quidam à Cœnobio ſupra nominato Melck, proficiſcuntur, ad

Vic. Losdorf ½. ad arcem Schalaburg, Baronum à Stubenberg, ſpectans, ubi, ante bellum proximum, templum fuit pulcherrimum & Collegium Scholæ Provincialis.

Pag. Primersdorf. 1½. mill.

P. Ham, proximè arcem Zaking ſitus. 2. mill.

Urbs MAVTERN. 2. mill. Eſt Paſſavienſis Epiſcopatus, ubi per pontem Danubianum in urbes Stein & Krembs & porrò Viennam pervenitur; viâ ſuprà notata. Et hæc quidem itinera ſunt terreſtria.

II. Aquis ſeu flumine ſecundo.

ULMA. Hinc iuxta Aquas ſalubres

bres Talſingenſes & Cœnobium Elchingen, ad

Urb. LEIPHEIM. 2. magn. vel $2\frac{1}{2}$. parv. milliaribus Ulmenſium. Templum triplici fornice ſuſpensũ, S. Vito ſacratum eſt ; in Aſylo, in quo paſtor & ſaltuarius habitant, licet illis qui per imprudentiam aut fortuitò cædem commiſerunt, quoad vixerint, morari. Sed peregrinos eos eſſe oportet non cives aut ſubditos Ulmenſes.

Urb. GVNTZBVRG. 1. mill. parvum. Vulgò Ulmâ huc uſque tria milliaria numerantur. Vid. ſupr. N. 5.

Urbs LAVGINGIACVM, Laugingen. 2. mill. Terreſtri itinere huc uſque Ulmâ tantùm 4. milliaria maiora numerantur, de quo ſupr. N. 24.

Urbs DILLINGA. $\frac{1}{2}$. mill. Eſt hic Academia & ſedes Aulica fixa Epiſcopi Auguſtani: cuius Arx & Collegium Jeſuitarum, ante bellum proximum Germanicum, digna ſpectatu fuerunt.

Urb.

Urb. HOCHSTAT 1. Principis Palatini Neuburgici, arcem habens ſatis elegantem.

Urb. THONAVWERD, vel Schwabiſchwërdt, ad quam nonnulli 2. alij 2½. alij etiam 3. milliar. notant: Electoris hodie Bavarici. De qua vide ſupr. N. 3.

Urb. NEVBVRG. 3.

Urb. INGOLSTAT. 3.

Urbs NEWSTATLIN. 4. de quibus locis omnibus alibi in hoc libello, & magnam partem etiam ſupra dictum fuit. Non eſt a. hoc Oppidum in ipſa Danubij ripa conditum, ſed ab eo aliquantulum remotum: ubi tamen nihilominus Vectigal ſive portorium ſolvendum eſt.

Urb. KELHEIM 2. mill. in Bavaria inferiore, iuxta quam Altmuhla flumen in Danubium ſeſe exonerat. Dicaſterium habet provinciale & refertur ad gubernationem Straubingenſem.

Vic. Abach. 1. mill.

Urbs

Urbs REGENSPVRG. 2. mill. de quibus locis alibi. Vide etiam Indicem.

Vic. Thonauſtauf. 1. proprie dicitur Stauf: pertinetque cum Dicaſterio ſuo, ad fiſcum & gubernationem Straubingenſem.

Vic. Pfatter. 2. celebris ex parvis & lapidis rapulis Bavaricis.

Pag. Motzing. 2. mill.

Urbs STRAVBING. 1. mill. De qua ſuprà in hoc ipſo Itinere.

Hinc iuxta vicum Bogen, ad

Urb. DECKENDORF. 4. mill. Abeſt unius glandis plumbeæ iactu à Danubio, verſus Palatinatum ſuperiorem, & refertur ad Fiſcum & gubernationem Straubingenſem.

Pag. Hofkirchen. 3. mill.

Urbs VILSHOFEN, à multis Viltzhofen dicta. 1. mill. De qua ſuprà; in hoc ipſo itinere.

Urb. PASSAV. 4. mill. de qua vide Iter 10.

Vic. Hafnerzell. 2. mill. refertur ad

Cir-

Circulum Bavaricum & ad Paſſavienſem diœceſin: ubi multi figuli habitant, celebres fingendis varijs elegantibus vaſculis.

Vic. Engerszell. 1. in Auſtria ſuperior. de quo ſupr. N. 10.

Pag. Weſenufer. 1. mill.

P. Schlegel. 1. mill.

Vic. Aſchau. 3. milliar.

Vic. Ottensheim. 3. flumine.

Urb. LINTZIVM. 1. mill. de quib. locis vid. Iter 10.

Urb. & Arx, Steyreck. 1. de quo ſuprà.

Arx Spilberg. $\frac{3}{4}$. mill. in Inſula Danubij; quam flumen efficit, prope quam eſt vorago nova : ubi aqua, propter Saxa & rupes, fluctus volvit, & naves parvæ facilè in periculum delabuntur: unde per diverticulum fluminis, dictum Heſsgang, navigare ſolent: maioribus autem atque onerariis navibus nihil metuendum. Arx illa Spilberg eſt Scherffenbergiorum.

Vic.

Vic. Matthauſen $\frac{3}{4}$. de quo ſupra.

Vic.& Arx Niderwaldſee vel Underwaldſee, 2.mill. Arx eſt elegans & munita, turri celſiſſima pulcherrimaque ornata, verſus flumen: ſubiecta hodie Dn. Heinrici, Comitis S. Iuliani & Waldſee, relictæ coniugi viduæ & liberis.

Vicus Ardacker. 1. m. magnũ: cuius dimidia pars ad Carlſpach, Zinzendorfiorum, pars dimidia altera, ad Sos Neydechiorum pertinet.

Urb.& Arx GREIN.1.mill.de quo ſupra.

Strom. vicus parvus & antiquus, turris Diaboli vocatus, cum portorio. $\frac{1}{2}$.mill.

Hinc non procul abeſt vorticoſus & periculoſus ille locus Wurbel, in Danubio, omnibus notus, iuxta quẽ ædicula ſacra S. Nicolai.

Pag. Iſper, iuxta flumen Iſper 1. & dimid. mill. quo loco ſuperior & inferior Auſtria ex hoc latere, diſterminantur.

Urbs

Urbs IPS. 1. mill. Archiducalis infra Aniſana ſive inferioris Auſtriæ civitas, ad quam Ips flumen in Danubium ſeſe exonerat, & portorium Cæſareum habet.

Vic. Marpach. 1. mill.

Pag. Pechling 1 mill. E regione inque latere dextro ad Danubij ripã eſt oppidulum illud PECHLARN, ſive Arlape, cuius in hoc itinere ſuprà mentio facta eſt: ubi Erlaff amnis in Danubium influit.

Cœnob. & Urbs MELK, 1. de quo ſupra. Ex oppoſito & Bohemiam verſus eſt pagus Schalemersdorff.

Vic. Ackſpach. 1. mill.

Vic. Spitz. 1. mill. de quo ſuprà.

Vic. Weiſſenkirchen. 1. mill.

Urb. Cœnob. & Arx Thirenſtein. 1. Ante hoc tempus Zelckingenſibus nunc verò, ut dicitur, Zinzendorfijs ſubiecta ſive Draunijs: quanquam anno 1645. Suedici oppidum incenderunt, & portas Arcis effregerunt.

Urbs STEIN, & CREMBS. 1. de quibus ſuprà.

Vic. Hollenburg. 1. mill. cum Arce, quæ Berchteldſtein vocatur, & cum coniunctis locis Epiſcopatui Fruxinenſi paret.

Hinc iuxta prata & inamœna loca deſcenditur ad

Urbem TVLN 4. mill. ſita eſt hæc iuxta flumen eiuſdem nominis, & paulò longius à ripa Danubij, Oppidum eſt Archiducale perantiquum: in qua præcipue ſpectatu dignum eſt Cœnobium Virginum Deo ſacratarum, dictum ad S. Crucem: ut & templum parochiale & Cœnobium Capuccinorum.

Arx Greiffenſtain. 1½. mill. Epiſcopatus Paſſavienſis.

Pag. Hoflein. ½. mill.

Cœnob. & Urbs CLOSTERNEVBVRG. Archiducalis Auſtriæ inferioris, in qua ſpectatu digniſſimum eſt Cœnobium, à quo ipſi urbi nomen eſt impoſitum, dictæ aliàs Neu-

Neuburg, & de quo vulgò fertur, tantum huic Cœnobio eſſe vini proventum, ut perrenni fluxu ruat. eſt Ordinis S. Auguſtini.

Pag. Nussdorf. 1. mill.

Urbs VIENNA, WIEN. 1. mill. à CloſterNeuburg. 2. mill. In hac Civitate quæ totius Archiducatus Auſtriaci caput & metropolis & ſedes Aulica eſt Cæſarea, ſpectatu præcipuè digna ſunt, templum Epiſcopale S. Stephani: Scotorum, Minoritarum ſive S. Crucis (quod & Italicum vocatur) S. Claræ ad Angelos: Cappuccinorum: Dominicanorum: ad S. Iacobum in vico Romano: porta Cœli: nudipedum ſive diſcalceatorum in platea Cantorum: Auguſtinianorū, Fratrum ſalutis, &c. Cœnobia: Item: templum S. Petri: S. Michaelis, proximè Arcem Cæſaream: S. Dorotheæ: S. Marthæ: S. Ignatij & alia cōpluria: Noſocomium Cæſareum poſt Domū Provincialem: Collegia Academiæ & Ieſuitarū: Bibliothecæ, inprimis Imperato-

peratoria: item Archiducalis Arx, in qua ſedem habet Aulicam Imperator: Cancellaria: Guardarobba & Galeria, ſive Gazophylacium & Technophylacium: horti aulici & Lararium ſive Sacrarium Aulicum: Armamentaria: Navium ſtatio: Hippocomium Imperatorium: Monetaria: Domus provincialis: Curia: Leporaria: Carceres: varia & diverſa fora & areæ, atque id genus alia; & extra Urbem, horti pulcherrimi amœniſſimique: prædia, ædificia ſuburbana: Cœmiteria: prata: vivarium & ſimilia.

ITER CXLIII.

Ulmâ REGIUMMONTEM Boruſſiæ.

Sebaſtianus Munſterus in Coſmographia, atque in eadem in deſcriptione Boruſſiæ, hanc viam notat & Ulma Regium uſque montem numerat milliaria 165. nempe ad

Urb. Norimbergam 18. mill.

Urb.

Urb. Bambergam. 9.

Urb. Coburg. 6.

Urb. GRAVENTHAL. 6.

Urb. SALFELD. 2.

Urb. IENAM. 7. Alij tantum 5. habent mill.

Urb. NAVMBVRG. 3. mill.

Urb. LEIPZIG. 6. mill. De his locis vid. ſupr. Iter XII.

Urb. BERLIN. 18. Alij penè 19. nonnulli 20. mill. Vid. ſupr. Num. 106.

Hinc per Liebenberg. 5. mill. ad

Urb. FRANCFVRT ad Oderam. 10. mill. à Berlino.

Pag. Biberteich. 3. alij 5. notant mill.

Urb. MESERITZ. 5. Alij 6. mill. Sunt verò Francofurto huc uſque 9. mill. in ipſa Polonia magna, nec procul à fluvio Warta; arcem habens. Incolæ huius Urbis Germani ſunt, egregij coquendæ optimæ Cereviſiæ artifices.

Urb. POSEN 13. Quidã habet 14. Alius

Alius v. qui hoc itinere uſus eſt, tantum 12. habet, & Poſnâ per Urb. Novimieſta: Urb. Grabaw. Urb. Welun. Urb. & Cœnobium pulcherrimum Tcenſtochoven, Cracoviam 52. milliaria ad

Ur. THORVNVM, Thorn, 21. mill.

Urb. GRAVDENTZ. 8. mill. Vide iter Poſnâ huc uſque ſuprà N. 72.

Ur. MARIENWERDER. 5. mill. Arcem habet & templum Cathedrale munitum, ſita in Pomeſania, quæ pars eſt Pruſſiæ, ad flumen Nagot in quod influit Lieba: eſtque Electoris Brandeburgici, Ducis Poruſſiæ.

Urbs RISENBVRG. 5. mill. etiam ſita in Pomeſania, fuitque olim Epiſcoporum Pomeſanienſium in arce ibidem ſedes.

Urbs PREVSCHMARCK. 3. m. maximam partem condita in lacu, è quo Sirgune erumpit, habetque Præfecturam.

Urb. HOLLAND. 4. mill. Sita in

Hockerlandia, ſubiecta Electori Brandeburgenſi.

Urbs MVLHAVSEN 2. mill. Itidem in Hockerlandia vel Pogeſamia, non procul à Friſchen Haff.

Urbs BRANDENBVRG. 4. mill.

Urbs KONIGSPERG. 3. mill. Quidam habet 2. & dimid. mill. vid. ſupr. N. 19.

ITER CXLIV.

Vlmâ HEIDELBERGAM & FRANCFVRTVM Mœni.

Pagus Urſpring. 2. mill. Inter hunc locum & urbem interiacent pagi alij, Iungingen, Dornſtatt, Domerdingen & Luitshauſen: partim Ulmenſes partim Elchingenſes, ſub Iuriſdictione tamen territoriali Ulmenſi.

Urbs GEISLINGEN. 1. mill. De qua ſupra, N. 5.

Hinc

Hinc per aliquot ibi denominatos pagos Ulmenſes, ad

Urb. GOPPINGEN. 2. mill. De qua etiam in prædicto Itinere 5.

Urb. SCHORNDORF. 2. mill. parva. Vid. ſuprà Iter 24.

Urb. & Arx WINEDEN. Winida. 3. hor. vel 2. mill. Eſt Magiſtri Ordinis Teutonici & Wurtenbergici Principis: ubi Domus eſt Teutonica.

Vic. STEIN. ad Muram. 3. hor. magn.

Urbs BOTWAR. cognomine GROSBOTWAR. Sita ad flumen Botwar; eſtque Præfectura Ducalis Wurtenbergica.

Hinc iter eſt per excelſum montem, ad cuius radices ultimum eſt Principis Wurtenbergici vectigal: ubi per unicam turrim (vulgò den Landthurn dictam) iter faciendum eſt, ad

Urb. HEILBRVNNAM 2. mill: magnis, 4. vel 5. horarum. Summa. 14. mill.

Vel:

Ulmâ itur Eſslingam 8. mill. Hinc per pagos Velbach, *Schmida* & Rẽſeck (ubi Remſa in Nicrum ſeſe exonerat) ad oppidum Marbach 3. milliar. Porrò per pagos Ottmarsheim, Kaltenweſten (à quo iactu globi plumbei duplex Arx Liebenſtein) & Tallain, Hailbrunnam. 3. mill.

Hinc

HEYDELBERGAM. 6. mill. mediocr. terrâ, ſicut hæc via ſuprà N. 36. notata eſt.

Quidam iter dirigunt Esslingâ Canſtadium, Vaihingen, Brettam & Bruſſel, de quo videatur Iter V. Bruſſellâ milliare eſt ad pag. Langenbruck & porrò 2. & dimid. mill. Heydelbergam.

Flumine à. præternavigando Neckers Ulm & Wimpfen, ad

Urb. GUNDELSHEIM 2. mill. in Kraichgoia & eſt Magiſtri Teuton. Ordinis.

Arx Mulbach, $\frac{1}{4}$. mill. Nobilium

lium à Gemmingen, in Valle Nicri ſita.

Arx Hornberg $\frac{1}{2}$. mill. etiam nobilium à GEMMINGEN & Feudum Moguncиacenſe. Infra hanc arcem caverna quædam eſt ſive antrum in rupe de quo fertur, Virginem quandam nobilem, malè à noverca tractatam in illud ſeſe recepiſſe atq; occultaſſe, & integrum ſeptennium in eodem exegiſſe nutritam à cervo quodam: poſt obitum verò, id quod vivæ adhuc rogaverit à duobus tauris ad eum locum perductam fuiſſe, quo poſtmodum templum, & proximè illud conſtructus pagus Wolckenhauſen, cernitur, in quo ipſa cum Epitaphio humata iacet.

Urb. NECKERSELTZ. $\frac{1}{4}$. vel 1. mill. à Gundelsheim, Dn. Elect. Palatini.

Urb. EBERBACH. 2. mill. etiam Elect. Heydelbergenſis, in qua maximus eſt reconditus vini proventus.

Urb. HIRSCHHORN. 1. mill. Hic eſt Arx elegantiſſima, qualem nullam aliam in valle Nicri univerſa, reperiri ſcribunt, & Cœnob. Carmelitarum: eſtque hodie poſt morte extinctam familiam illam Hirſchhornenſium, Archiepiſcopi Moguntiacenſis. Hoc loco Nicrus tam ſinuoſo labitur fluxu, ut ex dicta Arce pila plumbea ex Falcone per tria eiuſdem volumina traijci queat.

Urb. NECKERSTEINACH. 1. mill. Nobilium Landſchadiorum, eſtque tergeminum Feudum, Moguntiacenſe, Spirenſe & Wurtzburgenſe.

Urb. NECKERGMVND. $\frac{3}{4}$. hor. Heydelbergenſis.

Urb. HEYDELBERG. 1. mill. Summa, paulo plus. 8. mill. Heilbronnâ ſecundo flumine huc uſque.

Hinc porrò pervenitur Ladenburgum uno mill. magno. porrò. 1. mill. Manheim, ubi Nicrus in Rhenum exoneratur, atque ſic deinceps uſque Moguntium, ut ſupr. N. 36. notatum eſt.

eſt. Hinc. 4. numerantur milliar. per Mœnum, Francofurtum uſque, ut alibi dictum eſt.

Sin magis placuerit terra iter facere Heydelbergâ per viam montanam (die Bergſtraſs) Francofurtum (quò vulgò 10. mill. & Ulmâ 30. numerantur) tum videatur iter ſupr. Num. 88. Quidam capiunt iter Francofurto Geiſlingam uſque, quod oppidum trib. milliar. abeſt Ulmâ: de quo vid. ſupr. Num. 89.

Quidam per Silvam Odenam iter faciunt, & Heylbronnâ tranſeunt ſpeculam, ad

NECKERSULM, quæ civitas eſt Magiſtri Ordinis Teutonici. ½. mill. magn.

Pag. Kochendorf ½. mill. ubi 2. ſunt arces, Nobilibus ex familia Greckiorum, ſubiectę. Hic tranſitur Kocherus flumen, quod non procul hinc in Nicrum ſeſe exonerat: atque hinc porrò venitur ad

Arcem Iaxtfeld, ubi pons eſt lapideus, quo Iaxtus iungitur.

Pag. Talheim, vulgo *Talla*, *Palatinat.* Elector. habetque arcem, iuxta quam in ſilvam Odenam venitur ad

Pag. Limpach: in quo domus eſt Præfecti Moguntiacenſis.

Vic. Mudoch vel Meudach Archiepiſcopi Moguntiacenſis.

Urbs AMORBACH, etiam Moguntini Electoris, iuxta flumen Mudt dimidiâ viâ inter Aſchafenburgum & Heylbronnam ſita, ubi Cœnobium eſt vetuſtum.

Vic. & Arx, GrosHeybach vel Heubach, prope Miltenbergam ſita, quæ, ut fama eſt, ad Comitatum Erpacenſem refertur.

Hinc, qui volunt, poſſunt citra ultraque Mœnum iter facere. Cis Mœnum venitur Obernburg: Seeligenſtatt & Steinheim. Ultrà Mœnum verò Clingenberg, Aſchaffenburg & Hanaw.

Eſt & via alia multò commodior & facilior Heylbrunnâ per Silvam Odenam, qua non tot occurrunt montes, nimirum ad dictam Urb. Neckers Ulm. Pag. & Arcem Oeda, ubi Kocherus transmittitur. Urb. & Arx vetuſta, Neidena, ubi pōs eſt trans Iagſtum. Pag. Mulbach. Pag. Scheff-lenız; qui triplex, ſuperior, medius & inferior: quæ tamen præteriri poſſunt. Urb. Buchen vel Puchen Moguntinenſis. Urb. Amorbach, de qua ſuprà.

Vel, poteſt iter ſuſcipi ad Thuren vel Waldthuren (quod etiam oppidum eſt Moguntiacenſe) atque hinc ad Elector. Moguntiacenſ. urbem Miltenberg & porrò Francofurtum.

Quidam perveniunt Michelſtatt & alia loca in Comitatu Erpacenſi. Sicuti omnino diverſæ ſunt variæq; viæ per Sylvam Odenam, quæ pro diverſitate quoque temporum & cuiuſque propoſito conſilioq;, eligi poſſunt.

ITER CXLV.

Vlmâ ROSTOCHIVM in Ducatu Megapolitano.

Urbs HEYLBRONNA 14. mill. de qua Itiner. proximo ſuperiore.

Urbs Heydelberg. 6. mill. ibidem.

Ur. WORMS. 4. terreſtri itinere.

Ur. MEYTNZ. 7. mill.

Ur. FRANCFVRT. 4. mill.

Urb. GIESSEN. 6. mill.

Ur. MARBVRG. 3. mill.

Vic. ZIEGENHAIN. 3. quò nonnulli 4. 5. & 6. mill. numerant.

Ur. CASSEL. 6. mill. Quidam 8. habet.

Ur. LIEBENAW vel Lievenow. 5. Quidam tantùm 5. & alius, 4. habet. De his locis omnibus & ſingulis dictum eſt in ſuperioribus diſtinctis Itineribus.

Urb. HOXTER vel HYXER. 6. mill. iuxta Viſurgim in Corbeienſi Abba-

Abbatia, ſubiecta Abbati illius loci, tria habens templa parochialia, S. Petri, Kiliani & fratrum. Coquitur hic egregia Cereviſia.

Urb. RINTELN. 10. ut quidam refert hac via uſus. Alij 7. vel 8. notant.

Urb. MINDEN. 2. ut idem tradit. Alij 3. & dimid. vel 4. mill. De quibus locis ſuprà.

Urbs NIENBVRG. 8. mill. Eſt Nienburg, Nienborg vel Newenburg, urbs præcipui nominis, cum Arce iuxta Viſurgim, in Comitatu Hoyenſi ſita: quæ à nonnullis Newenburg ad Hartam vocatur & ſubiecta eſt Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus Principibus.

Urbs VERDEN 5. mill. Quidam 4. & 4. & dimid. mill. Caput eſt Epiſcopatus Verdenſis, in Circulo Weſtphalico: qui Epiſcopatus Verdenſis, quē quidam per F. ſcribunt, in proxima tractatione generali, Ducatus ſecularis factus & Coronæ Suedicę, veluti feudum Imperiale immedia-

tum, iure hæreditario traditum eſt. Urbs dicta, condita eſt ad flumen Alre vel Aller, quod non procul ab eadem in Viſurgim ſeſe exonerat; in qua viſu dignum eſt templum Cathedrale.

Arx & Urbs ROTENBERG. Rodenborg vel Rottenburg 2½. mill. ut nonnulli volunt, alius verò, qui hic fuit. 1. tantum habet. Fuit hic locus quondam Caput Epiſcopatus Verdenſis & munitiſſimus.

Urbs BOXTEHVDE. 8. mill. ut ſupr. notatum eſt. Quidã 6. alius 10. notat, ſita eſt ad fluvium, Eſte, non procul Albi, & in Archiepiſcopatu Bremenſi, hodie Coronæ Suedicæ ſubiecta: aliàs fœderis Hanſeatici ſocia.

Urb. HAMBVRG. 4. mill.

Ur. LVBECK. 10.

Urb. WISMAR. 8.

Urb. ROSTOCH, vel Roſtock. 7. mill. de quibus quatuor Urbibus, ſuis locis videatur Index.

Poſ-

Poſſunt, qui volunt, Ulmâ Lubeckam, hanc viã per Ducatum Brunſvicenſem & Luneburgenſem capere, nempe:

Ur. Heidenheim. 4. mill.

Ur. BOPFINGEN. 4. Oppidum Imperiale, iuxtà Egram flumen ſitum in Rhetia.

Ur. Dunckelſpuhel. 3.

Ur. Rotenburg. 5. mill. parva.

Ur. Kitzingen. 5. Quidam 6. mill. notat.

Ur. Schweinfurt. 5.

Ur. Lauringen. 2.

Caſtrum Konigshofen. 2. mill. magn.

Ur. Schleuſingen. 2.

Ur. Suhl vel Suln. 2. mediocr.

Ur. GOTHA. 3. & dimid. Atque ſic porrò Brunſchwigam uſque. Vide ſupr. Iter XIII.

Vel, à dicta urbe Schleuſingen, ad

Ur. Ilmenaw. 3. mill.

Ur. Arnſtatt. 2.

Ur. Erffurt. 2. mill. Atque ſic porrò Brunſwigam uſque, & inde Luneburgum & Lubeckam, ſicut ſupra in Itinere 14. & 15. notatum eſt. Et hoc itinere, qui volunt, uti poſſunt Ulmâ, Hamburgum: dum ſcilicet, ſicut tabellarij & veredarij Norimbergenſes iter faciunt, Erdfurto pervenitur Weiſsenſee. 3. Franckenhauſen, 3. Kolberam. 2. Stolberg. 2. Haſelfeld. 2. Elbingeroth. vel Elbingeroda. 2. Wernigeroth. vel Wernigeroda. 1. Stetterlinburg. 1. Oſterwick. 1. Hornburg. 2. wolfenbuttel 2. Brunſwig. 1. Giffhorn 4. Eſsingen. 3. Suderburg. 4. Luneburg. 5. Weinsheim, vulgò Winſen ad Luham. 3. Bergerdorf. 2 Hamburg. 2. Summa Ulmâ, vel propter Actum ſeu viam regiam hac ipsâ Hamburgum 85. per Norimbergam 90. milliaria.

* *
*

ITER CXLVI.

Vlmâ ZVRZACHVM.

Urbs EHINGEN. 4.mill. parvis, vulgò 3. tantùm numeratis. Subiecta eſt Domui Auſtriacæ Oenipontanæ, ad Schmiccham flumen, quod non procul ab ea in Danubium ſeſe exonerat: in qua ſpectatu digna ſunt, Cœnobium Virginum ſacrarum, tertiæ regulæ S. Franciſci; præſertim tēplum elegans & magnificum Deiparæ Virginis, quod tenent Franciſcani reformati, in quo artificioſa eſt & pulcrè comta Virg. Mariæ imago, ad quam frequentes ſuſcipiuntur peregrinationes votivæ: & in ſuperiore ſeu nova Civitate, egregium templum parochialē, quod Academiæ Friburgenſi inſertum eſt; itemque Curia.

Urb. MVNDERKINGEN. 1. mill. etiam Auſtriaca, iuxta ripam Danubij.

Ur. RIEDLINGEN. 2. mill. Hoc tempore iterum Auſtriaca, ad Danubium.

Urb. MENGEN. 1. mill. in Valle Danubiana, atque ſicut Riedlingen, aliquandiu Truchſeſſiorum Waldburgenſium pignus, nunc iterum ſoluta & Auſtriacis Tyrolenſibus reſtituta.

Urb. PFVLENDORF. 1. mill. Hinc per vicum Auſtriacum Scherneck, ad

Urb. STOCKACH. 2. mill. de quibus duabus Urbibus, Vide ſuprà N. 97.

Pag. Langen Steiſslingen. 2. mill.

Ur. SCHAFHAVSEN. 2. mill.

Pag. Lottſtatten. 1. mill. ſitus in Klettgoia & dubio procul Comitis Sultzenſis. Quidam vicum eum vocant: quo in loco Galli anno 1633. exurẽdo domos & homines promiſcui ſexus trucidando, iniurias à Ruſticis acceptas, graviſſimè ulti ſunt.

Urb.

Urb. KAYSERSTVEL. 1. mill. de qua alibi.

Pagus ZVRZACH. 1. mill. Summa. 17. mill. via proximâ. Situs eſt pagus hic iuxta Rhenum, 5000. paſſuũ, & $\frac{1}{2}$. mill. à Klingenaw, propè Waldshuet, eſtque Epiſcopi Conſtantienſis ad Klingenaw: ſed quod ad Iuriſdictionem territorialem Helveticæ Badenſi Præfecturæ ſubdita. Locus admodum celebris propter mercatum ſolennem geminum, 1. Septembris & die Lunæ poſt Dominicam Trinitatis proximæ haberi ſolitum: ubi Templum vetus & Collegiatum, templum parochiale, Arx antiqua & domus mercatorum videri poſſunt.

Quidam iter faciunt, ad

Urb. BIBRACVM. 4. Urb. Waldſee 2. Ravenſpurg 2. de quibus alibi.

Urb. & Arc. TETNANG. 1. & dimid. mill. Vulgo Tetlang appellatur & abeſt milliari parvo verſus Argen à Lacu Bodamico, Comitum Montfortenſium. Sed bello proximo elegantiſ-

gantiſſima Arx & oppidum penè totum, in cineres redactum eſt.

Urbs LINDAW 1. & dimid. mill. Quidam Ravenſpurgo hucuſque 4. milliaria notat, qui hoc itinere ſæpius uſus eſt.

Hinc per Lacum Bodmicum ad

Pag. Rorſchach. 2. mill.

Urb. S. GALLEN. 1. mill. De qua, ut & Lindaugio, alibi in hoc libello ſcriptum eſt.

Pag. Ruggenbach. 3. mill.

Urb. WINTERTHVR. 3. mill. De qua Itinere 50.

Pag. Glaz. 2. mill.

Urb. KAISERSTVEL. 1. mill. de qua alibi.

Vic. Zurzach. 1. m. Summa 25. mill.

Et adhæc quidam utuntur via illa, quæ ſupra notata eſt, ad

RAVENSPVRG. 8. mill. Ur. MARCHDORF. 3. Ur. MORSPVRG. 2. Urbs Conſtantia 1. (quo etiam Lindaugio ſecundis ventis ſpatio 8.

tio 8. horarum navibus perveniri poteſt) Ur. Steckborn. 2. Ur. Stein ad Rhenum. 2. mill. Urb. Schafhauſen. 2. & Zurzach. 3. Summa 13. mill. quemadmodum de his locis & itineribus alibi in hoc libello actum eſt. Quidam Ravenſpurgo Mersburgum tantùm 4. & Conſtantiâ Steinam 3. mill. atque ita iuxta ſuam ſententiam Ulmâ Zurzachum ſolùm 21. milliaria numerant, hoc tertio itinere.

ITER CXLVII.

Vlmâ CVRIAM & CLIVIAM Rhætorum.

Urbs MEMMINGA. 6. mill. de qua ſupr. N. 47.

Ur. LEVTKIRCH. 3. mill.

Ur. YSNI vel Isna. 2. mill. Vulgò hucuſque numerantur 10. mill. De his urbibus Imperialibus alibi dictum eſt..

Ur. BRIGANTIVM. Bregentz. 4. mill.

mill. (Biſaccioni tantùm 12. mill. Ulmâ huc uſque habet) ad Lacum ſuperiorem ſeu Brigantinum, *ſubiecta* Archiducibus Auſtriacis. *Arx, in rupe ſita antiqua* & *urbi vicina*, Pfannenberg appellatur.

Urb. FELDKIRCH. 4. mill. magna Germanica, 22. aut ferme Italica; de qua ſuprà.

Hinc trans Ilium, & poſtmodum per *vallem intra* montes altiſſimos concluſam, ad aſcenſum arduũ, infra quem ſita eſt

Urbs MAIENFELD, iuxta Rhenum, arcem habens & decimum Cãtonem Griſonum efficiens, 18. mill. Italica. Mons, per quem aſcendendum, appellatur mons S. Luzijj, in quo terminus eſt Griſonum & Sueviæ.

Urb. CVRIA. 13. mill. Italica, teſte Cluverio. Alij 4. mill. numerant Feldkirchâ uno milliari tribus horis menſurato. Vide de hac Urbe, ſuprà. Itin. 56.

Tuſis,

Tuſis, vicus in Griſonibus. 2.mill.
Splugen vel Speluga 2. mill. quib. tamen conficiendis 6. horas, nonnunquam diem integrum conſumſeris. Vicus eſt Griſonum ſive Rhœtorum admodum celebris, in altiſſimis montibus ſtructus.

Urb. CLIVIA, Cleven, 3½. mill. Germ. De hoc loco & itinere porrò inſtituendo Mediolanum verſus, ſupra Num. 49. dictum eſt. Eſtque hoc aſperum, moleſtum & in locis aliquibus periculoſum iter: quod tamen propter hanc cauſam non negligitur, ſed perpetuò frequentatur.

ITER CXLVIII.

Vlmâ, VVEISSENBVRG in Nordgoia.

Pagus Naw, vulgò Langenavia. 2. mill. de quo ſup.

Urb. STOTZINGEN, cognomine Niderſtotzingen. 1. mill. Oppidulum

dulum eſt obſcurum & parvum, partim Dn. Davidi, Baroni à Stain, qui hic in arce habitat, ſubiectum.

Urb. GVNDELFINGEN. 1. habet arcem & eſt Palatini Neoburgici, ad Brentium amnem, qui non procul ab eodem in Danubium ſeſe exonerat.

Urb. LAVGINGEN 1. mill. parv. de qua N. 24.

Urb. HOCHSTATT. 1. mill. magn.

Urbs THONAVWERT. 2. mill.

Cœnob. Keysheim vel Keyſersheim. 1. mill.

Urb. MONHEIM. 1. mill.

Urb. WEISSENBVRG. 3. mill. De quib. locis omnibus ſuprà.

ITER CXLIX.

Vlmâ ONOLZBACH vel ANSPACH.

Urbs NORLINGA. 8. de qua ſupr. N. 64.

Ur. WASSERTRVDINGEN, vel Waſſertruchedingen vel Truhedingen. 3. mill. in Rhetia iuxta Wernizium flumen, eſtque Marchionis Onoldini.

Urb. ONOLTZBACH. 4. mill. de qua ſupr. N. 88.

ITER CL.

Viennâ PRAGAM.

Urbs KORNNEVBVRG. 2. mill. de qua N. 142.

Hinc per Enzersdorf, Epiſcopatus Fruxinenſis ad

Vic. Hollenbrunn. 4. mill.

Arx & Pag. Gundersdorf. 1. mill. Teuffeliorum Baronum avita ſedes.

Urbs ZNOYM. 3. mill. Summa 10. mill. Vienna, huc uſque. Quidam habet 12. nempe. 3. ad Gundersdorf. 1. Hollebrunn. 3. ad Vic. Leutersdorf. 3. Kornnewburg. & 2. Viennam. De Znoyma vid. ſupr. N. 76.

Urb. MAHRISCH BVDWEIS. 3. mill. Bohemicè dicitur Budegowice.

Urb. TREBITZ. 2. mill. etiã Moraviæ ad flumen Igla. Arcem habet & celebris eſt, propter egregios pannos, qui hic texuntur, ad modum Anglicorum.

Vic. Kamenitz. 2.

Urb. POLNA. 2. Eſt hæc Urbs in ipſa Moravia & in finibus Bohemicis, ſed Arx, è regione ſtructa, quam diſgregat palus, eſt in ipſa Bohemia. In urbe videre licet Templum Parochiale & Curiam.

Urb. TEVTSHBRODA. vel BROD, vel BROD Nemecky, Bohemica. 2. mill.

Vic. Habr. 2. mill. in Circulo Czaſlavenſi.

Urbs CZASLAV 2. Quidam 3. habet. Locus celebris ob ſepulturam Ioannis Ziſcæ, Imperatoris Belli Huſſitici ſummi.

Urb. KVTTENBERG. 2. mill. parva. Urbs Bohemiæ præcipua & regia,

gia, olim celebrata valdè ob fodinas argenti, quarum proventus tamen hodierno tempore, valdè imminutus eſſe dicitur. Habet templa & Cœnobia aliquot.

Urbs COLIN.1.mill.maius. Condita iuxta Albim, in qua Ethnica & præſtigiatrix illa Bohemorum Principiſſa, Lybuſſa mortua eſt. Eſt munita ſatis atque in ea ſpectatu digna ſunt Templum Urbis & Arx præcipuè.

Ur. BOHMISCHBROD. 3. vel 4. mill.

Urbs PRAG. 3. mill. de qua N. 7.

ITER CLI.

Viennâ VRATISLAVIAM vulgò Breſslavv.

Urbs VIENNA.

Vic. S. VLRICIKIRCHEN. 3. Arx eſt exuſta.

Vic. Miſtelbach. 3. mill. iuxta flumen Czeya, in Auſtria adhuc.

Urbs & Arx NICLASBVRG. 3. mill. vulgò Nickelsburg, in Moravia cum Arce perelegante, ipſi ùrbi imminente, Principis cuiuſdam Liechtenſteinij.

Ur. AVSPITZ 2. Bohemicè Huſtopecz, celebris propter boum & equorum mercatum.

Ur. AVSTERLITZ. Bohemicè Slaukow. 3. Fuerunt in hac urbe quōdam multi ſectarij.

Ur. WISCHA, Wiskow. 2. mill. iuxta flumen Hana, appellaturque vicinia illa Ahane.

Urb. PROSTNIZ, Bohemicè vel Moravicè Proſtegovv 2. in umbilico fermè Moraviæ, iuxta flumen Rumze.

Urb. OLMVTZ. 2. mill. de qua ſupr. N. 21.

Urb. & Arx STERNEBERG. 2. non ita pridem Ducum à Munſterberg:

berg, cum Dynaſtia Iaiſchwitz vel Iaiſchwiſch. Hodie verò Sternberg eſt Domini Sylvij, Ducis Wurtembergici, ad quem per contractum cum Munſterbergenſi Principiſſa matrimonium pervenit; Iaiſchwitz. v. Cæſar. Maieſtati ceſſit.

Hinc via patet difficilis & profunda per montes atque ut plurimum ſilvas, ad vicum Engelsberg 4. mill. vel 7. hor. rhedâ iter facientibus, in ipſa Sileſia & in Principatu Troppavienſi ſitum. Sequitur

Urb. ZIEGENHALS. 4. mill. de qua ſupr. N. 21.

Urb. NOVESIVM. Neiſs. 2. mill. ſita iuxta flumen eiuſdem nominis, eſtque caput Principatus Neiſſenſis Epiſcopatui Uratiſlavienſi adiuncta. Plateas habet latas & amplas, cuiuſmodi in univerſa Sileſia non inveniuntur: ædificia elegantia, profunda hypogea ceu cellas & cereviſiam generoſam. Templum S. Iacobi magni-

ficè ſtructum eſt. Præter hæc etiam Crucigerorum & alia templa atque Cœnobia, Collegium item Ieſuitarum, Sèdes aulica Epiſcopalis, quæ perelegans, & domus Senatoria ampliſſima, ſpectatu digna ſunt.

Urbs GRODKAV. 3. mill. Caput Principatus Sileſiaci, qui ab ea nomen accepit & Epiſcopo Uratislavienſi ſubiecta eſt. De qua fertur, quod civium nullus vel fame vel frigore perire queat, quoniam ſinguli pro ratione ſuarum ædium, tantum cùm frumentorum tùm lignorum poſſideāt, quantum ad commodè vivendum requiritur. Templum habet parochiale amplum, Aulam Epiſcopi, Curiam è lapidibus ſtructam & ſpatioſum forum.

Urbs OLAV. 4. mill. de qua ſuprà.

Urbs BRESLAV. 4. mill.

Quidam Viennâ proficiſcuntur ad Vicum Weſternitz in Moravia ſitum 10. mill

10.mill. Hinc Olmutium.10.Vic.Engelsberg.6. (alius 9.notat) porro per viam profundam, ſilvas & montes excelſos, quibus in locis à prædonibus non exiguum eſt periculum, ad Oppidulum Neuſſenſe Zuckmantel. 3.mill. & tandem ad prædictam Urbem Noveſium. 3. mill. & ſic porrò.

ITER CLII.

Viennâ CRACOVIAM.

Urbs WISCHA. 16.mill. Hæc via in præcedentibus Itineribus eſt notata.

Urb. KOIETIN.3.mill. iuxta flumen Runzam Moraviæ.

Vicus Domazelitz.2.mill.

Urbs WEISSKIRCH, vel Hranice.2.mill. Vulgò Wiſchâ huc uſque 8.mill.numerantur. Sita eſt iuxta Beczwa flumen; ſuntque extra Op-

 piduli

piduli muros aquæ ſalubres , & ex oppoſito mons quidam editiſſimus, è cuius ſupercilio, hiatus quidam ſeu caverna ad infimas uſque partes eius cernitur, cuius profunditas nulla arte perveſtigari poteſt.

Urbs Nova TITSCHIN. 2. mill. in Moravia. Vide de hoc loco & ſeqq. uſque ad

Urb. CRACAV, Poloniæ, ſuprà, Iter. XXI.

ITER CLIII.

Viennâ GRAZIVM Styriæ.

Urb. VIENNA.

Vic. GVNDERSDORF. 3. Archiducalis.

Vic. Dræskirchen, etiam Archiducalis. 1. mill.

Vic. Salenau. 2. mill.

Urb. NEWSTAT. 2. mill. Eſt Archidu-

chiducalis inferioris Auſtriæ & probè munita civitas, cuius Epiſcopatus Viennenſi coniunctus eſt. Maximilianus I. & Eleonora Friderici IV. Imper. Coniux, hic ſepulti ſunt: eſtque in urbe ſpectatu inprimis dignum templum cum aliquot alijs, Armamentarium, Curia & maximè Aula Cæſarea.

Vic. Newkirchen. 2.mill. Locus eſt admodum munitus & olim præcipuus totius Comitatus Puttenſis; paucos ante annos verò DD. Urſenpockiis Baronibus ſubiectus.

Cœnobium & Vicus Glockenitz. 1.mill.

Vic. Schaidwien, vel Schadtwien. 1.mill. Inſignes fauces ſive anguſtæ viæ, intra montes clauſæ, arcem habet, nomine Clam, in loco excelſo, & non ita pridem modò nominatis Dn. Urſenpockijs, pignus Auſtriacæ domus, ſubiectus.

Hinc non longo poſt aſcenditur

ad celſiſſ. montem, Semring dictũ, in cuius verticis planitie Crux poſita cernitur, ad quam *Auſtria inferior* & Styrenſis regio, diſcriminantur, & ſic porrò pervenitur ad

Pag. Spital. 1. mill. qui, ut oſtenſum eſt, in pſa Styria ſitus.

Vic. Morzzuſchlag. 1. mill. eſt vicus Archiducalis clauſus.

Pag. Langenvvang. 1. mill.

P. Kriegla. 1. mill.

Vic. Kienberg. 1. mill. Archiducalis iuxta flumen Mortz, ſitus in Mortz vel Muerzia valle.

Pag. Mortzhofen. 1. mill. Baronum à Stubenberg.

Vic. & Arx Kapfenberg $1\frac{1}{2}$. mill. Dn. Wolfgangi à Stubenberg.

Urbs BRVCK ad Muram dimid. mill. De hac Archi Ducali urbe, & locis, hinc diſcedentibus, obviis, uſque

Urb. GRAZIVM, quæ 6. mill. à Bruck diſſita, vid. ſuprà Iter IX.

ITER

ITER CLIV.

Viennâ VILLACVM & VENETIAS.

Urb. BRVCK, de qua in præcedente Itinere. 20. mill.

Urb. LEOBEN. vel Leubin. 2. m. de quo ſupr. N. 9.

S. Margreth. 2. mill.

Urb. KNITTELFELD. 2. Quidã quinque habet mill. Leobino huc uſque, de quo Itin. 110.

Urb. IVDENBVRG. 2.

Vic. Untzmarckt, vulgò Hundsmarck. 3. mill. Quidam 2. In hac vicinia elegantiſſimæ ſunt arces, in montibus ſtructæ, utputa, Frauenburg, quò Untzmarckt refertur, Teuffenbach, &c. Retulit quidam non ita pridem, veterem arcem Teuffenbach adhuc dum eſſe Teuffen-

 bachio-

bachiorum: novam verò cuidam Butterorum parere.

Vicus Scheiſling. 1. mill. De quibus 3. loc. etiam ſuprà Itinere. *9.* videre licet.

Vic. Neumarckt 1. Quidam ab Untzmarckt huc uſque 3. habet mill. Eſt adhuc in Styria hic vicus, & 3. mill. infra Murau. Elegantiſſimus Archiducalis & clauſus, cum arce.

Urbs FRIESACH, 2. mill. Refert quidam, proficiſcendum hinc montes verſus, in valle, in cuius latere dextro Arx quædam elegantiſſima in monte ſita conſpiciatur: Inde ad aquas ſalutares veniri, quæ frigidæ, & nitrum atque ſulphur ſpirent: quæ hodie dicantur Eremus: Hinc porrò ad Nevvenmarck & ſuprà nominatum vicum Hundsmarck: hinc iuxta Muram ad Pelſum, vicum (ampliſſimam totius Styriæ parochiam, unà cum arce Reiffenſtein Domino Comitià Saurau, ſubiectam, inque dextro

ſtro latere ſitã) & tandem è montibus, in amœnam & gratam planicieẽ ad prædictam urbem Iudenburg: Itemque Knitelfeld. S. Michael & Leubn. &c. Quod verò attinet ſuprà nominatam Urbem Frieſach, ſita eſt illa in Ducatu Carinthiæ, & tamen Archiepiſcopum Salisburgenſem agnoſcit. Arx quæ ibidem eſt, provinciȩ Capitaneatus appellatur, & cum duobus Cœnobiis ſpectatu digna eſt. Suprà civitatem in iucundo & amœno monte, magnifica illa & celebris Arx Geyerſperg condita eſt, in qua Salisburgenſis Vicedominus habitat.

Vic. Altenhofen. 2. mill. qui cum arce & domo Præfecti Salisburgenſis eſt.

Urbs S. VEIT. 2. mill. Quidam pro 4. habet 3. mill. mediocria à Frieſach, huc uſque: intra quas urbes duas, dictus Vicus Altenhofen, media iacet via, ut Lazius ſcribit. Eſt

urbs antiqua & Archiducalis Carinthiæ, ubi Archiducalis arx eſt, & fons perennis aquæ, cum Cratere candido pulcherrimo, ſolido ex lapide, exciſo.

Feldkirchen. 3. mill. vel Oppidulum eſt, vel Vicus, cum Præfectura Epiſcopo Bambergenſi ſubiectus.

Hinc per Vallem quandam, intra montes & iuxta lacum, ad

